Gt
32
70

Digitized by Google

27

2368

Bd. 1873.

Gt 32.70.



BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE GIFT OF
STEPHEN SALISBURY,
OF WORCESTER, MASS.
(Class of 1817).

Recd. 14 October, 1871.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

10025.16

ANIMADVERSIONES PHILOLOGICAE

AD

THEOGNIDEM.

SCRIPSIT

HENRICUS VAN HERWERDEN,
In Acad. Rheno-Traiectina Litt. Prof.

ACCEDUNT

MISCELLANEA CRITICA IN LYRICOS GRAECOS.

TRAIECTI AD RHENUM,
APUD J. L. BEIJERS.
1870.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES PHILOLOGICAE

AD

THEOGNIDEM.

SCRIPSIT

HENRICUS VAN HERWERDEN,
In Acad. Rheno-Traiectina Litt. Prof.

ACCEDUNT

MISCELLANEA CRITICA IN LYRICOS GRAECOS.

TRAIECTI AD RHENUM,
APUD J. L. BEIJERS.
1870.

Digitized by Google

Gt 32. 70

1871, Oct. 14.
Smithsonian Fund.

Ex officina typographica G. A. VAN HOFTEN, Rheno-Traiectina.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Quaerenti opus modicis finibus circumscriptum, in quo, quod per has ferias brumales erat mihi otium, utiliter conterere possem, obtulit se mihi vetus meus amicus et hospes Megarensis poeta Theognis, cuius reliquias, sive omnia quae eo nomine circumferuntur, si post egregios Welckeri, Bergkii, Heckeri, aliorum, labores denuo, ubi opus videretur, interpretanda, illustranda, emendanda mihi sumerem, operae pretium me facturum esse existimabam. Iam multis abhinc annis quamvis nihildum tale agitans summa diligentia Bergkii alteram Lyricorum Graecorum editionem (tertia nondum prodierat) contuleram cum antiquissimo codice Mutinensi, qui bonitate omnes ceteros libros Theognideos longo intervallo superat. Cuius collationis cur partem potius quam universam cum lectoribus communicaverim pag. 47—50, ibi declaravi.

Quam male scribae habuerint excerpta Theognidea apparet tam ex magna lectionis varietate quam ex ingenti numero coniecturarum, quas diligenter collectas videbis a

Digitized by Google

Bergkio in editione tertia. Indidem sed magis e lectione facile colligas, nonnullos locos tam graviter esse affectos, ut certis emendationibus corrigi non possint, longe autem pauciores ita pessime, ut manum prorsus abstinere praestet. In priore vere genere, dummodo non ludamus vana nosmet ipsos opinione, quasi ipsam poetae manum restituere nobis contigerit, nihil nos vetat — immo me quidem iudice ea res ad interiorem poetae cognitionem confert quam plurimum — intenta mentis acie investigare, quid permittente tam sententia quam usu scribendi et literarum vestigiis dare olim potuerit. *Ita verbi gratia tractavi vs.* 926 *vocabula* δουλοσύνην — τελέοις (*quod frustra defendas loco Hesiodeo, Theog.* 797) *pag.* 61 (*cf.* 36) *post varia tentamina proponens* τιν' ἔχοις, *quod, si non est verum, attamen probabilitate non caret, quippe quo admisso simul molesto verbo liberemur, simul e pronomine indefinito appareat non proprio ibi sed figurato sensu accipiendam esse servitutem.*

Benigne autem Theognidi Fortuna providit, ut in multis locis depravatis ita tamen de sententia constaret, ut non raro, idque interdum perexigua mutatione, ipsa poetae manus reduci posset. Post multas aliorum curas et mihi nonnihil in hoc genere agendum superabat. Ceteris in locis, quorum minus certa restitutio erat, feci quod potui sedulo, nec levi — hoc unum spondeo — constitit ea mihi opera mentis labore. Non raro Davi comici verbis sic mecum:

deceptus sum, at non defetigatus —
hoc non successit, alia tentandum est via,

Digitized by Google

nec defuit mihi ea in investigando perseverantia, qua fit, ut vel in conclamatis paene locis insperata interdum lux criticis affulgeat. In arte autem difficillima, quae tota est in iudicando et inveniendo, si communem sortem hic illic non effugi, sit mihi ab aequo lectore venia. Ita v. c. aliquid humani mihi accidit pag. 25, *ubi coniecturae meae ἤ 'ποτεθέν obstat elisionis genus in hoc poeta nullo pacto ferendum. Melius rem gessissem, si iam tum intellexissem, quod hodie — nam dies diem docet — intellego, verba ἤ τὸ κακόν non corrupta esse, sed spuria, sive ab interprete sint profecta, ita ut genuina extruserint, sive a correctore, veterem lacunam infelicissima coniectura explenti. Duce sententia, de qua satis constat, iam suppleo:*

ἐσθλὸν δ' ἐξελθὸν λώιον ἠὲ κρυφέν.

Nam haec antiqua Aoristi forma est, non quae in eadem pagina, sive operarum culpa sive calami lapsu, legitur (ἀπο)κρυβέν. Versus duo spurii me latebant scribentem quae scripsi pag. 13 *de elegia* 237—252 (*nam vs.* 253 *sq. aliunde excerpti videntur*), *quam elegiam, etsi merito defendi ab iniqua Meyi argumentatione, tamen vel admissa Bergkii suspicione ab absurditatis crimine frustra vindicabis, nisi mecum statueris vs.* 249 *sq. deberi interpolatori, praegressum distichon vere quidem sed insulse et inficete interpretanti. Simile interpretamentum notavi pag.* 29.10 *sqq. — Quid nisus sim, declaravi: quid effecerim, eius rei sit aestimatio penes peritos eosdemque non cupidos harum rerum iudices, quibus τὰ κατωρθωμένα non minus — nam contra fieri saepe videmus — quam τὰ ἐσφαλμένα cordi sint. Comiter monstranti mihi viam gratus semper*

et fui et ero. Si quid, *ait Flaccus*, novisti rectius istis, candidus imperti: si non, his utere mecum.

Libere, uti meus est mos, sed verecunde, ubi aut a praeclaro Lyricorum editore aut ab aliis criticis dissentirem, significavi, laudis idem non parcus, ubi se offerret laudandi occasio. Quod sibi quoque dictum censeat amicus meus et quondam in Cobetiana disciplina commilito van der Mey, cuius laudabile sane opusculum, quo erat recentius, eo saepius mihi refutandi, sed probandi vix rarius, praebuit materiem..

Pauca iam mihi, quae ipsum poetam tangunt, dicenda supersunt. Ac primo quidem de Suidae compilatione sub voce Theognis, *de qua recte iudicat Welcker in editionis suae Praefatione, pag.* 73 *sq. Merito autem ille haesit in vocabulis τὰ πάντα ἐπικῶς, hoc adverbium de poesi elegiaca usurpari posse iure negans. Sed miror eundem praeteriisse facilem esse horum verborum correctionem, si adhibueris ea quae apud Suidam aliunde, ut ipse vidit, excerpta praecedunt: γνώμας δι' ἐλεγείας εἰς ἔπη ,βω', i. e. δισχίλια ὀκτακόσια. Optimae notae annotatio ex vetere scriptore — sive is fuit Pseudo-Xenophon, cuius fragmentum e libro de Theognide servavit Stobaeus Flor.* 88.14, *sive alius — petita, unde corrigendum τὰ πάντα ἔπη ,βω'. Fuit igitur tantus olim, si illi fides, integri operis ambitus, cuius non nisi exigua pars — nam permulta in farragine Theognidea non esse Theognidis satis constat — ad nostram pervenit aetatem. Perdignae autem sunt hae reliquiae cura philologorum, neque id solum propter aetatem — quae nimium tenuis laus foret — sed tum ob sententiarum gravitatem et*

sanitatem, quae primaevam quandam simplicitatem et ἀφέλειαν redolentes incompta subinde ac subagresti insignes sunt libertate, eiusmodi tamen ut hoc ipso placeant, tum etiam propterea quod in Graecorum poetarum numero, vel eorum quorum integra opera supersunt, vix ullus, an confidentius dicam nullus est, cuius indoles tam luculenter cognosci possit quam nobilis ille Megarensis, oligarcha ferox, superbus plebei contemptor; quondam dives, nunc pauper; acti temporis laudator, praesentis vituperator; suae virtutis iactator, spretor alienae; adversarios suos ita perosus, ut sanguinem eorum bibere gestiat, sed amicorum idem verus amicus; candidus, sincerus, honestus, sed querulus idem et suspicax. Cuius omnis *quondam, ut Horatii de Lucilio verbis utar,* votiva *patebat et pro parte hodieque* patet veluti descripta tabella vita senis. *Nam haud secus atque ille Theognis* velut fidis arcana sodalibus olim credebat libris. *Qui si integri hodie superarent, aliquanto, ut suspicor, melius appareret, quod nunc paullo difficilius est ad intellegendum, qui fieri potuerit, ut huius potissimum elegiae Athenis in civitate ochlocratica a pueris ediscerentur. Hoc saltem iure sumere mihi videor, si iam brevi post Isocratem, quod Bergkio visum est pag.* 566, *sententiarum Theognidearum in usum iuventutis sylloge facta sit, eam necessario diversissimam fuisse ab illis — plures enim fuisse recte statuit van der Mey — quibus ea, qua nos utimur, collectio debet originem, idque non tantum — quod sponte apparet et post Welckerum nuper in nova luce collocatum est ab eodem viro docto — propter amatoria et convivalia, quorum haec plena est, carmina,*

sed etiam ob convicia et dicteria, quibus iratus poeta impotenti lingua frequenter factionem popularem, nonnihil — quod aliunde constat — tale quid meritam, proscindit. Haec enim, nisi me fallit opinio, ludimagistri Athenienses in florilegio componendo potius omisissent, contenti iis, quae ad mores vitaeque usum pertinentia in gnomica illa poesi reperirentur. Quare non dubito quin antiquissima e Theognideis carminibus excerpta debeantur Alexandrinis, quibus nihil illorum offensioni fuisse nemo mirabitur.

Typorum vitia, quatenus lectorem morari possint, haec sunt. Pag. 9, 28 *et* 10,4 οὐτιδάνη, *l.* οὐτιδανή. *Pag.* 12, 24 ἄτ'. *Perspicuitatis caussa dederam* ἄ, τ'. *Pag.* 14 *vs. ultimo volueram:* γνοὺς ἔρον, ὡς χαλεπὸς κτέ.; *pag.* 30, 27: εἴη *cum iota subscripto, pag.* 42, 14: respuere *et ibidem in nota: Nempe iuventas, ut arguunt verba* γῆρας *cett.* — (*ad coniecturam cf.* 527 *sq.*) *P.* 54, 31 δυσσέβειαν.

Tumultuariae, nam alia urguebant, compositionis quo facilior usus foret, addidi indicem praecipuarum novationum et aliorum quorundam, quae hoc libello continentur.

Scribebam TRAIECTI AD RHENUM,
mense Martio.

AD THEOGNIDEM.

Vs. 3 sq.:

ἀλλ' αἰεὶ πρῶτόν σε καὶ ὕστατον ἔν τε μέσοισιν
ἀείσω.

Cobet hanc Futuri formam antiquis abiudicans proposuit *ὑμνήσω*. Lenius sane Bergk malit *ἀείδω*, eadem usus medicina, qua Elmsley curare voluit locum Euripidis Herc. Fur. 680 *ἔτι τὰν Ἡρακλέους καλλίνικον ἀείσω*. Quamvis utroque loco Praesens ferri posse non negaverim, paullo aptius tamen videtur Futurum. Non aliter res se habet in veteri versu Orphico, qui iniuria Pythagorae tribuitur apud Stobaeum Flor. XLI, 9:

ἀείσω ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι,

ubi lectio confirmatur altero illo versiculo, sive scripturam mavis:

φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.

Et *ἀείσω* habet tam incertus auctor apud Stobaeum Flor. V, 72 quam Plutarchus Symp. II 3, 522. Solus, ut videtur, Gaudentius in Isagoges Harmonicae initio *ἀείδω* exhibet teste Lobeckio, cui hos locos debeo, in Aglaophamo p. 452 sqq. Haec tametsi non tollunt dubitationem, ut cauti simus, suadent.

Vs. 22: *ὧδε δὲ πᾶς τις ἐρεῖ*. Lectio plerorumque librorum: *ὧδε δὲ πᾶς ἐρέει* (in quibusdam est *πῶς ἐρέει*, in uno *παῖς ἐρέει*) commendatur antiquiorum poetarum, *πᾶς τις* ignorantium, consuetudine. Optimorum tamen codicum scripturam firmat ipse Theognis vs. 621: *πᾶς τις πλούσιον ἄνδρα τίει κτέ.*, quibus verbis nullus error subesse possit.

Vs. 43 sqq.:

οὐδεμίαν πω, Κύρν', ἀγαθοὶ πόλιν ὤλεσαν ἄνδρες·
ἀλλ' ὅταν ὑβρίζειν τοῖσι κακοῖσιν ἄδῃ,
δῆμόν τε φθείρουσι, δίκας τ' ἀδίκοισι διδοῦσιν
οἰκείων κερδέων εἵνεκα καὶ κράτεος,
ἔλπεο μὴ δηρὸν κείνην πόλιν ἀτρεμιεῖσθαι
μηδ' εἰ νῦν κεῖται πολλῇ ἐν ἡσυχίῃ κτέ.

Futuro Theognidis editori auctor sum, ut virgulam deleat post ἄδῃ, quo melius intellegatur vocabula φθείρουσι et διδοῦσιν non esse Indicativos sed Participia, neque igitur contemnendam esse hanc optimi codicis Mutinensis scripturam, cui male me iudice alteram φθείρωσι — διδῶσιν praetulit Bergk. Quod autem idem cum Epkema vs. 48 numerorum causa praefert hunc verborum ordinem:

μηδ' εἰ νῦν πολλῇ κεῖται ἐν ἡσυχίῃ

hoc ita probo, ut simul vel sic a poeta scribi potuisse dubitem. Nempe verbum κεῖσθαι a Theognide et antiquioribus certe Graecis, si recte memini, usurpatur tantum de rebus malis atque adversis. Ita vs. 555: χρὴ τολμᾶν χαλεποῖσιν ἐν ἄλγεσι κείμενον ἄνδρα et 646: κείμενος ἐν μεγάλῃ θυμὸν ἀμηχανίῃ. Propterea quoque probanda lectio codicis Mutinensis vs 320:

τολμᾷ δ' ἔν τε κακοῖς κείμενος ἔν τ' ἀγαθοῖς,

ubi zeugma obtinet, prae alio verborum ordine, quem cum reliquis libris Theognideis Stobaeus exhibet hunce: τολμᾷ δ' ἔν τ' ἀγαθοῖς κείμενος ἔν τε κακοῖς. Quae res eo magis animadversione digna est, quia, ut bene observat Bergk, alias eo ordine, quo nos quoque uti consuevimus, poeta ea verba (ἀγαθός — κακός) collocare solet.

Hac igitur de caussa suspicor poetae manum antiquitus hance fuisse:

μηδ' εἰ νῦν πολλῇ χρῆται ἔθ' ἡσυχίῃ.

Nec tamen male scripseris:

μηδ' εἰ νῦν πολλῇ οἰκεῖ ἐν ἡσυχίῃ,

aut propius traditionem (etenim versus minus numerosus non

continuo immodulatus aut malus est) sive: μ. ε. ν. χρῆται πολλῇ ἔθ' ἡ., sive μ. ε. ν. οἰκεῖ πολλῇ ε. ἡ. Ne autem quis putet versum sic formatum (μηδ' εἰ νῦν πολλῇ οἰκεῖ ἐν ἡσυχίῃ) iutolerabili laborare hiatu, huic obiectioni duplici ratione potest occurri. Nam aut concedi potest hiatum quidem esse, eum tamen non magis intolerabilem quam vs. 535: οὔ ποτε δουλείη κεφαλὴ ἰθεῖα [1]) πέφυκεν, si quidem non arsi tantum sed etiam caesura utroque loco excusetur [2]), aut perhiberi οἶκος epicorum more apud Theognidem retinuisse literam Aeolicam. Cuius literae hic illic apud nostrum vestigia servata sunt, quae diligenter h. l. annotabo. Legitur εὖ ἔρδων vss. 368, 573, 955, 1263, 1266 (sed cf. 482), εὖ οἶσθα (quod vel Atticis poetis familiare est) 375, χρημοσύνῃ εἴκων 389, κακὸν δὲ οἱ 391 (cf. 519, 1256 et 1376), οὐδέ με οἶνος 413 (sed cf. 470, 475, 484, 879, 892, 1039), τὸν δ' αὐτοῦ ἴδιον 440, ubi in meliqribus libris κίδιον scriptum exstare docebit Bergk, ἐσθλὰ δὲ ἔργα 1167. Contra ἔργμα nusquam apud Th. habet digamma. Cf. v.c. vss. 464,

---

1) Iure haec lectio recepta est ex optimo codice pro altera quam reliqui libri habent εὐθεῖα, neque dubito vs. 806 corrigendum esse ἰθύτερον et vs. 40 ἰθυντῆρα. Vera scriptura servata est 330, 396, 535, 1026; nec me moratur, quem Bergk ad vs. 4tum affert locus Solonis IV. 37, qui item ἰθύνει scripsisse mihi videtur.

2) Multum tamen abest, ut in thesi et extra caesuram eadem elegiacis licentia permittenda sit. Iniuria igitur nuperrime van der Mey in libello, qui inscribitur Studia Theognidea pag. 13 contendit vs. 341 sq.: ἀλλὰ Ζεῦ τέλεσόν μοι Ὀλύμπιε καίριον εὐχήν, δός δέ μοι ἀντὶ κακῶν καί τι παθεῖν ἀγαθόν eliminandam esse importunam sibi voculam δέ. Nec tamen magis importuna est hoc loco quam vs. 12: εὐχομένῳ μοι κλῦθι, κακὰς δ' ἀπὸ κῆρας ἄλαλκε. Satis autem apertum est, vss. 2 et 329 et 368, quos laudat, quem vult hiatum minime tueri. Tueretur *aliquatenus* vs. 1257, si constaret Welckerum recte emendasse:

ὦ παῖ, ἰκτίνοσι πολυπλάγκτοισιν ὁμοῖος κτέ.

pro omnium librorum scriptura κινδύνοισι. Sed non male Bergk in ed. II:

ὦ παῖ, κίγκλοις εἶ σὺ πολυ.

Possis quoque: κιλλούροισι κτέ. De moticilla videatur Aelianus de N. A. XI 9. Verbo κιγκλίζειν usus est Theognis vs. 303.

585, 793, 899. Formam *ἀποειπεῖν* (semel legitur *ἀποειπών* vs. 90) bis Theognidi restituere, an obtrudere dicam, conati sunt viri docti: semel vs. 323 Hecker, ubi cum sit in Mutinensi:

μή ποτ' ἐπὶ σμικρᾷ προφάσει φίλον ἄνδρ' ἀπολέσσαι
πειθόμενος χαλεπῇ, Κύρνε, διαιβολίῃ

multo lenior est altera eiusdem coniectura *ἀποθέσθαι*, semel Epkema vs. 519 sqq.:

Ἤν δέ τις εἰρωτᾷ τὸν ἐμὸν βίον, ὧδε οἱ εἰπεῖν
ὡς εὖ μὲν χαλεπῶς, ὡς χαλεπῶς δὲ μάλ' εὖ,
ὥσθ' ἕνα μὲν ξεινὸν πατρώιον οὐκ ἀπολείπειν,
ξείνια δὲ πλεόνεσσ' οὐ δυνατὸς παρέχειν.

Hoc tamen loco quovis pignore contendam verbum *ἀποειπεῖν* de hospite, cuius non exuatur amicitia (cf. v. 90), sed qui propter egestatem hospitio non excipiatur, haud satis aptum esse; sed potius exspectari:

ὥσθ' ἕνα μὲν ξεινὸν πατρώιον οὐκ ἐπιλείπειν

scil. *τὸν ἐμὸν βίον*, *ita ut* (*res mea*) *unum quidem hospitem paternum non deficiat.* Cogitavi etiam de reponendo *ἀποπέμπειν* pro *ἀπολείπειν*, verum praestare alterum mihi videtur. Praeterea initio loci haud dubie diremtis literis legendum est:

Ἤν δέ τι σ' εἰρωτᾷ.

Non enim sermo est de alio quovis, sed de ipso illo, qui memoratur in praegressis vs. 515 sq.:

Ἤν δέ τις ἔλθῃ κτέ.

Deinde litera Aeolica obliterata est vs. 428, ubi hodie prorsus absurde dicitur mortuum:

κεῖσθαι πολλὴν γῆν ἐπαμησάμενον.

Aliquanto vero rectius, quod sensit iam Bergk, legitur apud Sextum Empiricum, qui h. l. laudavit Hypot. III, p. 75, *γαῖαν ἐφεσσάμενον*. Ex utraque autem lectione copulata apparebit dedisse Theognidem:

κεῖσθαι πολλὴν γῆν ἐπιεσσάμενον.

Cf. Simonidis Cei fragm. 168 vs. 4 (Bgk. ed. III): *Πιερίην γῆν ἐπιεσσαμένη*. Hom. Il. Ξ 350: *ἐπὶ δὲ νεφέλῃ ἕσσαντο καλὴν χρυσείην*. Adde Od. *v*. 143.

Sed in iis quoque, quae huic versui in vicinia praecedunt:

μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου·

propter magnam lectionis varietatem (ἐσιδεῖν, ἐσορᾶν, ἰδέειν, ἐπιδεῖν), non est improbabilis, me iudice, suspicio habuisse archetypum:

μηδὲ ἰδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου.

Verum haec hactenus.

Vs. 67:

ἀλλὰ δόλους τ' ἀπάτας τε πολυπλοκίας τ' ἐφίλησαν.

Expectaveram: τε φιλοῦσιν. Si tamen lectio sana, verte: *amare coeperunt*, ut sit Aoristus inchoativus.

Vs. 104 μεταδοῦν ἐθέλοι edidit Bergk, auctore Buttmanno, dum in Mutinensi est μεταδοῦναι θέλοι, in aliis multis μέγα δοῦν' ἐθέλει. Vs. 286 legitur τιθεῖν ἐθέλων, 565 συνιεῖν ὁπόταν, 1237 νόῳ συνιεῖν ἔπος e Lachmanni coniectura pro συνιδεῖν, et 1329 Bergk suo Marte edidit: σοί τε διδοῦν καλόν ἐστιν, dum in Mutinensi est: σοί τε διδόντ' ἔτι καλόν, unde aliquanto lenius Hermann σοί τε διδοῦν' ἔτι καλόν. Quam necessarium sit ἔτι, bene ostendit van der Mey ad calcem pag. 34. Nec facile formas illas ante consonantem reperies, quare elisionem obtinere in iis suspicor, et cum antiquioribus editoribus illis locis scribendum esse μεταδοῦν', τιθεῖν' et συνιεῖν'. Syllabam αι elisam reperies vss. 445 et 1300.

Vs. 143 sqq.

οὐδείς πω ξεῖνον, Πολυπαΐδη, ἐξαπατήσας
οὐδ' ἱκέτην θνητῶν ἀθανάτους ἔλαθεν.

Θνητῶν, ait Bergk, quod cum οὐδείς iungendum foret, non caret offensione. Non autem de nihilo est, quod in codice Mutinensi, quem anno 1856 in Parisiensi bibliotheca cum altera Bergkii editione Lyricorum cum pulvisculo, quod aiunt, contuli, non θνητῶν legitur. sed (quod ab omnibus, qui codicem contulerunt, ab eo quoque, cuius collationem in libello suo publici iuris fecit van der Mey, neglectum esse video) θνητὼν per gravem. Iam quarto abhinc anno in editione

mea maiore Oedipi Regis, quae Traiecti ad Rhenum prodiit apud *Bosch*, significavi, Theognidem mihi videri scripsisse:

οὐδ' ἱκετὴν ἀλιτὼν ἀθανάτους ἔλαθεν.

Notissima est epica dictio ἀλιτεῖν et ἀλιτέσθαι θεούς, sed non tantum cum hoc obiecto componi verbum ἀλιταίνειν appareret ex loco Iliadis IX, 375: ἐκ γὰρ δή μ' ἀπάτησε καὶ ἤλιτεν. E regione oppositum est ἱκετὴν αἰδεῖσθαι. — In proxime praegressis vs. 138 nescio an iniuria van der Mey scribendum contendat: καὶ δοκέων θήσειν pro καί τε δοκῶν. Ab epica enim scribendi consuetudine hac quoque in re non descivisse vatem Megarensem discas ex vs. 662 καί τε πενιχρὸς ἀνὴρ κτέ. Cf. 359 et 597, quibus tamen locis suspecta scriptura est: vide Bergkii adnot. in ed. IIItia. Non magis probanda mihi videtur eiusdem viri docti suspicio (p. 48 sq.) vss. 111 sqq.:

οἱ δ' ἀγαθοὶ τὸ μέγιστον ἐπαυρίσκουσι παθόντες
μνῆμα δ' ἔχουσ' ἀγαθῶν καὶ χάριν ἐξοπίσω.

sanos fore, si scripseris παρόντων; cui coniecturae hanc addit interpretationem: „Boni vero tum *in praesentia* beneficiis „maxime fruuntur, tum *postea* debitam gratiam referunt." Graece tamen, ni fallor, sic scribi *non recte* potest nisi hoc sensu: *Boni vero, quod maximum est,* (nam hoc est τὸ μέγιστον; altero sensu articulus fuerat omittendus: dicitur enim μέγα, μεῖζον, μέγιστον ἀπολαύειν cett.) *fruuntur rebus praesentibus.* Et frustra hi vss. corriguntur, quippe manifesto interpolati ab homine antiqui Graeci sermonis turpiter ignaro. Illis enim non solum, quod iam observavit Bergk, inaudita est forma activa ἐπαυρίσκειν, sed etiam, quod vel peius est, metri angustiae versificem coegerunt, ut contra omnium usum et certam vocabuli vim μνῆμα δ' ἔχουσι diceret pro μνήμην sive μνεῖαν δ' ἔχουσι. Non autem dubito, quin is, qui bonorum mentionem aegre desiderans hos versiculos iratis Musis composuit, παθόντες adhibuerit pro εὖ παθόντες, ut significaret: *bonos et maxime frui beneficiis et gratos esse.*

Erat, quum ex eadem aut simili officina prodiisse suspicarer vss. 117 sq.:

Κιβδήλου δ' ἀνδρὸς γνῶναι χαλεπώτερον οὐδέν,
Κύρν', οὐδ' εὐλαβίης ἐστὶ περὶ πλέονος.

Hodie vero, re diligentius perpensa, neque adulterinos censeo cum Hartungio neque corruptos, ut videtur Bergkio. Commode enim licet interpretari: *καὶ οὐδὲν περὶ πλέονός ἐστιν εὐλαβίης: nec quicquam est cautela praestantius*, scil. in usu hominum. Qua sententia quid aut verius aut clarius? Rem, ut video, acu iam teligit Camerarius.

Bona autem interpretatio quam praeclare saepius ingentem levium coniecturarum nubem fuget dissipetque luculento nuper exemplo ostendit van der Mey librorum lectionem vindicans in vss. 595—598. Cui praeiverat iam Welcker pag. 132 ed. suae haec verissime annotans: „siquidem poeta „revera abdi„cat *ambiguum* amicum sed lenitate usus non prorsus se „amicitiae vinculum abrumpere ait, interiorem tantum illius „familiaritatem fugere: quod ille ne miretur, cum ita ferat „hominis natura, ut variatio delectet, igitur quasi sua id „culpa fiat non illius." Similiter librorum scriptura male me iudice a Bergkio mutata est vs. 441:

οὐδεὶς γὰρ πάντ' ἐστὶ πανόλβιος κτέ.

i. e. *nemo enim in omnibus rebus prorsus felix est*, quae sententia tum per se et vera est et perspicua, tum haud deterius (nam idem sic dici poterat: nemo mortalium infortunio prorsus caret. *Omnes enim mortales in nonnullis rebus infelices sunt.*) antecedit ea quae continuo sequuntur:

ἀλλ' ὁ μὲν ἐσθλὸς
τολμᾷ ἔχων τὸ κακὸν κτέ.

quam lenis sane Bergkii mutatio:

Οὐδεὶς γὰρ πάντ' ἐστὶν ἀνόλβιος.

Et dixerat fortasse, id quod iam coniecit Schneidewin, olim Bacchylides apud Stobaeum Flor. CIII 2:

Ὄλβιος, ᾧ τινι θεὸς μοῖραν τε καλῶν ἔπορε
σύν τ' ἐπιζάλῳ τύχᾳ ἀφνειὸν βιοτὰν διάγειν·
οὐ γάρ τις ἐπιχθονίων πάντα πανευδαίμων ἔφυ.

quo manifesto ducit lectionum varietas, quam vide apud Berg-

Apr 24, 25, 27, 1901. Dr. Langstaff Private Pts. Nos. 1, 2, 3.

Apr. 24. Pt. No. 1. Has had a cough for 3 months. Has had pain in the chest for 2 months. Has had fever for 2 months. Has had night sweats for 2 months. Has had chills for 2 months. Has had loss of appetite for 2 months. Has had loss of flesh for 2 months. Has had loss of strength for 2 months. Has had loss of sleep for 2 months. Has had loss of weight for 2 months. Has had loss of energy for 2 months. Has had loss of ambition for 2 months. Has had loss of interest in life for 2 months. Has had loss of hope for 2 months. Has had loss of faith for 2 months. Has had loss of confidence for 2 months. Has had loss of self-respect for 2 months. Has had loss of dignity for 2 months. Has had loss of modesty for 2 months. Has had loss of shame for 2 months. Has had loss of conscience for 2 months. Has had loss of morals for 2 months. Has had loss of principles for 2 months. Has had loss of character for 2 months. Has had loss of reputation for 2 months. Has had loss of friends for 2 months. Has had loss of family for 2 months. Has had loss of home for 2 months. Has had loss of everything for 2 months.

Apr. 25. Pt. No. 2. Has had a cough for 3 months. Has had pain in the chest for 2 months. Has had fever for 2 months. Has had night sweats for 2 months. Has had chills for 2 months. Has had loss of appetite for 2 months. Has had loss of flesh for 2 months. Has had loss of strength for 2 months. Has had loss of sleep for 2 months. Has had loss of weight for 2 months. Has had loss of energy for 2 months. Has had loss of ambition for 2 months. Has had loss of interest in life for 2 months. Has had loss of hope for 2 months. Has had loss of faith for 2 months. Has had loss of confidence for 2 months. Has had loss of self-respect for 2 months. Has had loss of dignity for 2 months. Has had loss of modesty for 2 months. Has had loss of shame for 2 months. Has had loss of conscience for 2 months. Has had loss of morals for 2 months. Has had loss of principles for 2 months. Has had loss of character for 2 months. Has had loss of reputation for 2 months. Has had loss of friends for 2 months. Has had loss of family for 2 months. Has had loss of home for 2 months. Has had loss of everything for 2 months.

Apr. 27. Pt. No. 3. Has had a cough for 3 months. Has had pain in the chest for 2 months. Has had fever for 2 months. Has had night sweats for 2 months. Has had chills for 2 months. Has had loss of appetite for 2 months. Has had loss of flesh for 2 months. Has had loss of strength for 2 months. Has had loss of sleep for 2 months. Has had loss of weight for 2 months. Has had loss of energy for 2 months. Has had loss of ambition for 2 months. Has had loss of interest in life for 2 months. Has had loss of hope for 2 months. Has had loss of faith for 2 months. Has had loss of confidence for 2 months. Has had loss of self-respect for 2 months. Has had loss of dignity for 2 months. Has had loss of modesty for 2 months. Has had loss of shame for 2 months. Has had loss of conscience for 2 months. Has had loss of morals for 2 months. Has had loss of principles for 2 months. Has had loss of character for 2 months. Has had loss of reputation for 2 months. Has had loss of friends for 2 months. Has had loss of family for 2 months. Has had loss of home for 2 months. Has had loss of everything for 2 months.

Vs. 155. *Μήποτε τοι πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ χολωθείς*
μηδ' ἀχρημοσύνην οὐλομένην πρόφερε.

Longe malim: *μηδὲ χρημοσύνην κτέ.* Ita enim solet Theognis, cuius cf. vss. 389, 394, 560, 670. Forma *ἀχρημοσύνη* praeterea legitur unico loco, ni fallor, Odysseae XVII vs. 502, eoque omnium consensu interpolato. Vocabula *ἀχρήμων* et *ἀχρημονεῖν* Atticis relinquenda crediderim. Neque ambo vocabula prorsus eadem notione gaudent, siquidem *ἀχρημοσύνη penuriam* significat, *χρημοσύνη* (cf. *χρεῖος* et *χρεία*) paupertatis comitem egestatem, indigentiam, *necessitatem.* Servata codicum lectione, *δὶς ταὐτὸν ἡμῖν εἴρηκεν ὁ σοφὸς Θεόγνις*, mutata non item. Theognidi vs. 384 *πενίη* dicitur *μητὴρ ἀμηχανίης — ἥτ' ἀνδρῶν παράγει θυμὸν ἐς ἀμπλακίην* et mox vs. 389 pro *ἀμηχανίη* (= *ἀπορία*) substituitur *χρημοσύνη —, ἣ δὴ κακὰ πολλὰ διδάσκει κτέ.* Prorsus autem eodem modo quo h. l, ut eum scribendum suspicor, vocabula *πενίη* et *χρημοσύνη* iuncta reperies vs. 393 sq.:

ἐν πενίῃ δ' ὅ τε δειλὸς ἀνὴρ ὅ τε πολλὸν ἀμείνων
φαίνεται, εὖτ' ἂν δὴ χρημοσύνη κατέχῃ.

Vs. 168. *ὃν δὲ θεοὶ τιμῶσ', ὃς καὶ μωμεύμενος αἰνεῖ,*
ἀνδρὸς δὲ σπουδὴ γίνεται οὐδεμία.

Priorem horum versuum felici coniectura restituit Ahrens scribendo:

ὃν δὲ θεοὶ τιμῶσ', ὃς καὶ κωμεύμενος ἄνει [1]),

sed alterum nemodum, quod sciam, emendavit, nam Hermanni coniectura *ἀνδράσι* pro *ἀνδρὸς* quid proficiatur non video. Ipsa autem oppositio, nisi fallor, requirit:

ἀνδρὸς δὲ σπουδὴ γίγνεται οὐτιδάνη,

i. e. *οὐδενὸς ἀξία, ματαία.* Vocabulum de *rebus* adhibuit quoque Aeschylus Septem 361. Praeterea nescio an hi vss. cum duobus sequentibus arcte iungendi sint, sed ita ut simul iis postponantur. Locus ita correctus sic habebit:

1) Ad quam sententiam aliquis comparato Psalm. CXXVII, vs. 2.

θεοῖς εὔχου, θεοῖσιν ἔπι κράτος, οὗτοι ἄτερ θεῶν
γίγνεται ἀνθρώποις οὔτ' ἀγάθ' οὔτε κακά·
ὃν δὲ θεοῖ τιμῶσ', ὃς καὶ κωμεύμενος ἄνει,
ἀνδρὸς δὲ σπουδὴ γίγνεται οὐτιδάνη.

Ultimum versum non esse κακόφωνον docebit vs. 180:

δίζησθαι χαλεπῆς, Κύρνε, λύσιν πενίης.

Cf. 174 multique alii apud Theognidem. Quod autem γίγνεται [1]) scripsi nemo amplius credo improbabit post ea maxime quae, ut alia hoc genus multa, diligenti veterum inscriptionum collatione docuit N. Wecklein in aureo libello, qui inscribitur: *Curae epigraphicae ad Grammaticam Graecam et poetas scenicos pertinentes* p. 56 sq. Quod egregium opusculum criticis etiam atque etiam commendo.

Vs. 173. ἄνδρ' ἀγαθὸν πενίη πάντων δάμνησι μάλιστα
καὶ γήρως πολιοῦ, Κύρνε, καὶ ἠπιάλου.

Haud ignoro Graece dici μάλιστα τῶν ἄλλων, μέγιστος τῶν προγεγενημένων similiaque (cf. 812), quae a nostra loquendi consuetudine discrepant; locum tamen huiusce similem me legere non memini. Nam quod vss. 273 sqq. scribitur:

τῶν πάντων δὲ κάκιστον ἐν ἀνθρώποις, θανάτου τε
καὶ πασέων νούσων ἐστι πονηρότατον κτέ.

ibi maxime ob additum θανάτου vix dubito Hartungium bene rescripsisse πονηρότερον, quum praesertim, quod nemo palaeographiae peritus ignorat, comparativorum et superlativorum terminationes perpetuo confundantur. Neque vero utriusque loci eadem ratio est. Vs. enim 174, si nihil a scribis peccatum est, e μάλιστα vs. praecedentis mente repetendus videtur comparativus μᾶλλον. Nescio tamen an potius poetae manus haece fuerit:

καὶ γήρως πλεῖον, Κύρνε, καὶ ἠπιαλοῦ,

ut librarius in evanescenti scriptura notissimum senectutis epitheton videre sibi visus esse credatur. — Sequuntur nobilissimi vss., quos certatim veteres laudant:

1) Ita recte van der Mey, quem vide ad calcem p. 1.

ἦν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον
ῥίπτειν καὶ πετρέων, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

Aliquot annis abhinc perscrutans codicem Vossianum (in Leidensi bibliotheca), qui continet Aphthonii progymnasmata, ad h. l. repperi scholium, quod, licet rem contineat procul dubio fictam, adscribere non gravabor: *ἐξ ἐλεγίης πρώτης μὲν πρὸς Κύρνον βασιλέα ἰσόχρονον ὑπάρχοντα Κυψέλῳ Κορινθίῳ.* Ansam huic fabellae dedisse suspicor vs. 894:

ὡς δὴ Κυψελιδῶν Ζεὺς ὀλέσειε γένος,

ubi vide quae notavit Bergk ed. III, quem nollem poetae Alexandrini testimonii usum esse ad refellendam veram, nisi fallor, Cobeti suspicionem antiquissimo vati reddentis: *πῶς ἂν — γένος;* Animadversione autem dignissima sunt prima scholii verba *ἐξ ἐλεγίης πρώτης*, nisi forte voluit *ἐξ ἐλεγιῶν πρώτης* i. e. *e priore elegiarum libro.*

Vs. 183. *κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους*
εὐγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
βήσεσθαι· γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει.

Huius loci valde controversi, ex mea quidem sententia, sensus hic esse debet: arietes quidem et asinos et equos tum quaerimus (emendo scil.) generosos tum e generosis parare nobis studemus (submittendo scil. maribus nobilibus nobiles feminas): contrarium morem sequimur in ducenda uxore liberisque procreandis; saepe enim divitiarum causa uxorem ducimus de plebe, ita ut liberi nascantur nobis ignobiliores. Huc enim pertinent ista vs. 191: *οὕτω μὴ θαύμαζε γένος — ἀστῶν μαυροῦσθαι.* Hinc neque probanda mihi videtur codicis optimi lectio *βήσεσθαι*, neque quod e marginali lectione *βίνεσθαι* coniecit Bergk, etiamsi concedam eam aut ex *βαίνεσθαι* aut ex *βινεῖσθαι* prognatam esse posse, neque quod nuper indidem elicuit van der Mey *γίγνεσθαι*, sed unice veram existimo scripturam, in qua conspirant libri Stobaeenses, *κτήσασθαι*, cui proxime accedit codex Mutinensis. Et auctorem loci Pseudo-Xenophontei apud Stobaeum Flor. 78, 14, quem ipse v. d. Mey attulit p. 4, saltem non legisse *γίγνεσθαι* luce

clarius testantur eius verba: *ὤετο γὰρ οὔτε ἄνθρωπον οὔτε τῶν ἄλλων οὐδὲν ἂν ἀγαθὸν εἶναι, εἰ μὴ τὰ γεννήσοντα ἀγαθά εἴη κτέ.* Tenduntque eodem verba Horatiana Od. IV. 4: *est in iuvencis, est in equis patrum virtus cett.*

Vs. 227 sqq.:

Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνθρώποισιν·
οἳ γὰρ νῦν ἡμῶν πλεῖζον ἔχουσι βίον,
διπλάσιον σπεύδουσι· τίς ἂν κορέσειεν ἅπαντας; κτέ.

In his Solonis versibus, qui ut huius aliorumque poetarum permulti intermixti leguntur in Theognidea farragine, iure homines doctos offendit sensu vacuum illud *ἅπαντας*. Verum neque *πένητας*, quod Ahrens, neque, quod leniter sane Doederlin coniecit, *κορέσει' ἕνα πάντως* sententiae convenire propalam est Ego non dubito quin in *ΑΠΑΝΤΑC* lateat *ΑΠΛΗCΤΟΥC: τίς ἂν κορέσειεν ἀπλήστους; quis satiabit insatiabiles?* Mox vs. 232 pro *τειρομένοις* egregie *τισομένην* habent libri Stobaei Flor. IX 25, neque indidem praeferenda non est scriptura *ἡμέων*, num *διπλασίως*, dubito. Consulto pleraque immutasse Theognideorum concinnatorem non credo Bergkio; si fecisset, longe plura, credo, mutasset, ut aliquatenus certe fraus latere posset. Et *τειρομένοις* quidem aeque ineptum est quam aptum *τισομένην*.

Vs. 235 sq. lenissima mutatione sic possunt restitui:

οὐδέν ἔτι πρέπει ἡμιν, ἅτ' ἀνδράσι σωζομένοισιν,
ἀλλ' ὅσα πάγχυ πόλει, Κύρνε, ἁλωσομένη.

nihil (i. e nequaquam) *amplius nos decent quae* (decent) *viros salvos, sed quaecunque* (decent) *urbem, Cyrne, quae haud dubie expugnabitur.* Reliquorum coniecturas vide apud Bergkium. Mutinensis habet *ἐπιτρέπει ἡμῖν ἅτ'* et *ἀλλ' ὡς*, cetera plane, ut ego scripsi. Verbum *ἁλίσκομαι* habuisse olim digamma nemo iam dubitat. Vide v. c. Iliad. IX 592 ed. Bekker. Quare nihil est quod in codice *Κύρνε ἁλωσομένη* scriptum exstare miremur.

Vs. 237 sqq. *σοὶ μὲν ἐγὼ πτέρ' ἔδωκα κτέ.*

Licet et ego dubitem cum Bernhardyo, cui assensus est van

der Mey p. 23 sq., num genuina sit haec, ut Bergkio visa est, poesis Theognidea, procul tamen abest, ut hanc elegiam aut valde novitiam aut insulsissimam esse iudicem. „Quid est inep„tum et insulsum, ait van der Mey, si hoc carmen non est? „Comparatur Cyrnus cum avi. Esto sane: sed quid facias poeta „qui serio dicat *avem* post mortem non *equo* per continentem „Graecium et insulas *circumvectum esse.*" Quae dura crisis est, et, ut quod sentio dicam, prorsus immerita. Nam neque *avem esse* Cyrnum poeta dicit, sed *initio carminis* cum ave comparat, *volitantem*, ut Ennii verbis utar, *per ora virum*, *πολλῶν κείμενον ἐν στόμασιν* (240), et, *dudum ista imagine omissa*, [1]) non ante vs. 249, h. e. duodecimo demum versu, sequuntur illa: *οὐχ ἵππων νώτοισιν ἐφήμενος*. Si quid in his versibus insulsum est, potius hoc est, quod de *equitatione* omnino sermo est per insulas maris Aegaei:

καθ' Ἑλλάδα γῆν στρωφώμενος ἠδ' ἀνὰ νήσους
ἰχθυόεντα περῶν πόντον ἐπ' ἀτρύγετον,
οὐχ ἵππων νώτοισιν ἐφήμενος.

At, quia ne pessimi quidem poetae in equis homines faciunt per mare vehentes, certum est aut, quae Bergkii suspicio est, post vs. 247 distichon intercidisse, cuius hexameter exitu simillimus fuerit fini vs. 247, v. c. *οὐκ ἀνὰ νηυσίν* (in Vaticano vs. 247 sic terminatur: *ἠδ' ἂν ἀνήσῃ*), aut ipsa verba *οὐχ ἵππων νώτοισιν ἐφημενος* corrupta esse et olim continuisse necessariam illam de navibus mentionem. Ego dudum suspicatus sum:

οὐχ ἵπποις ἢ νηυσὶν ἐφήμενος κτέ.,

quibus tam maritimum quam terrestre iter indicatum sit.

Attamen *νηυσὶν ἐφήμενος*, licet per zeugma sic scribi potuerit, placet mediocriter. Quapropter do manus Bergkio.

Confidenter igitur pronuntio non esse hanc elegiam insul-

1) Id apparet e vs. 239:

Θοίνης δὲ καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσσῃ,

quod non cadit, opinor, in avem.

sam: addo, satis elegantem et, unde non valde novitiam esse apparet, sermone puro conscriptam numerisque valde suavibus ac modulatis. Non tamen spirat illam simplicitatem, qua antiquissima Graecorum poesis insignis est, ita ut dudum post Theognidem conditam esse habeam persuasum nec antequam, ut ait Bernhardy, tam Athenis quam in reliqua Graecia (*κατ' Ἑλλάδα — ἠδ' ἀνὰ νήσους*) carmina Theognidea in symposiis cantitarentur. Van der Mey si audiamus, clausit olim librum alterum elegiarum, qui totus est de impuro puerorum amore. Quae sententia non sane est prorsus improbabilis propter extremos illos versus 253 sq.:

αὐτὰρ ἐγὼ ὀλίγης παρὰ σεῦ οὐ τυγχάνω αἰδοῦς,
ἀλλ' ὥσπερ μικρὸν παῖδα λόγοις μ' ἀπατᾷς,

modo revera ad hanc elegiam olim pertinuerint; qua de re etiam propter vitiosum prioris versus sermonem dubito. [1]) Cobeti autem correctio: *αὐτὰρ ἐγὼ οὐδ' ὀλίγης παρὰ σεῦ νῦν τυγχάνω αἰδοῦς* ita demum probanda foret, si a bono poeta hos vss. profectos esse constaret.

Sunt vero hi duo vss., tam formam quam argumentum si respiciamus, dignissimi, qui eroticis istis accenseantur. Ad illam quod attinet, verbo pauca notabo: Vs. 1247 *φρόντισον ἔχθος ἐμὸν παὶ ὑπέρβασιν* pro *καὶ σὴν ὑπέρβασιν*. Vs. 1259 *ἐπίκειται*, ubi antiquorum usus requirit *περίκειται* vel *ἀμφίκειται*. Vs. 1305 et saepius *παιδείη* pro *ἥβη*. Vs. 1305 sq. *θύμῳ γνοὺς — τοῦτο συνείς*: ingratissima, paucissimis interpositis, abundantia, quali iterum offendimur vs. 1312 sq.: *τούτοις — οὐ μέν δὴ τούτοις*. Vs. 1307 *βιήσεαι* sensu Passivo, deinde subabsurde *ὄβριμε παίδων*. Vs. 1309 *ὥσπερ ἐγὼ νῦν ὧδ' ἐπὶ σοί*. Abundat *ὧδε*, sed metro aliquid h. l. deerat, ut supererat vs. 1247. Vs. 1311 *διῶμμαι* pro *διεόρακα*. Vs. 1316 *ἔχισθα* (s. *ἔχεσθα*, cf. Bgk.) sublectum est Aeolensibus. Vs. 1322 *γνοὺς ἔρος ὡς χαλεπὸν γίνεται ἀνδρὶ φέρειν*. Veteres solent: *γνοὺς ἔρον ὡς κτέ*. V. 1357 *παιδοφιλής*, qua

1) Iam Welcker, ut hanc plagulam corrigens animadverti, eos a reliquis separavit.

analogia tuear, ignoro. Nam debet significare, *qui a pueris amatur*, non *puerorum amator*, i. e. φιλόπαις sive παιδεραστής, quod hîc sensus requirit. Vs. 1359 περὶ παῖδα πονούμενον εἰς φιλότητα. Eleganter scilicet et tersa Graecitate! Vs. 1363 οὐδέ με πείσει — ὥστε με μὴ σε φιλεῖν. Antiquis Graecis pronomen semel positum sufficit. Vs. 1367 sq. si sani sunt, πιστός dicitur is, *cui quis fidelis est.* Sed fieri potest, ut poeta dederit:

παιδός τοι χάρις ἐστί, γυναικὶ δὲ πίστις ἑταίρῳ(οις)
οὐδεμί', ἀλλ' αἰεὶ τὸν παρεόντα φιλεῖ.

Legitur enim: πιστὸς ἑταῖρος οὐδείς. Ni forte malis: γυναικὶ δὲ πιστὸς ἑταῖρος οὐδείς, οὕνεκ' ἀεὶ τὸν παρεόντα φιλεῖ.

Vs. 1380: ὠνήμην ἔρδων οἷά τ' ἐλεύθερος ὤν.

Οἷά τε Graece poni solet pro ἅτε, ὥστε, i. e. *quippe*, sed huius versiculi auctor potius voluisse videtur: ἔρδων τοιαῦτα οἷα ἂν ἔρδοι ἐλεύθερος, ita ut τε turpiter abundet. An forte ἔρδειν usurpavit absolute = πράττειν? Verum hic usus mihi quidem ignotus est.

Haec, quibus alia attentus horum carminum lector addere forsitan poterit, eo potissimum consilio adnotavi, ut, si opus sit, novum argumentum accedat opinioni, quam aliis iisque minime spernendis argumentis post Welckerum stabilire aggressus est van der Mey in opusculo saepius a me laudato et laudando, in altero illo elegiarum libro, qui in codice Mutinensi ΕΛΕΓΕΙΩΝ Β inscriptus, incipit inde a vs. 1231, ne unum quidem versum reperiri ab ipso Megarensi poeta compositum. Addo erotica haec carmina nulla re insignia esse praeterquam singulari exilitate et cogitationum penuria. Ad nauseam usque repeuntur Κυπρογενοῦς δῶρον Ἰοστεφάνου similesque flosculi. Saepe autem qui ea condidit verba et voces Theognideas in suam rem convertisse bene iam ostendit van der Mey, quem tamen *parodias* ista carmina vocasse nollem. Non enim ridendi causa (nihil enim istis nugis aut faceti aut ridiculi inest) illis usus esse mihi videtur sed tum, quo facilius ingenii sui steri-

litati occurreret, tum etiam fortasse, ut ista pro genuinis venditaret popularibus suis. Quod autem attinet ad istarum nugarum argumentum, nimis vir doctissimus miserum earum conditorem exagitasse mihi videtur. Etenim talia non ad morum nostrorum nostraeque humanitatis normam, sed ad exiguam Graecarum his de rebus opinionum severitatem exigenda esse et diiudicanda equidem arbitror. Ne antiquiores quidem et Theognidi aequales poetas ab ista labe immunes esse satis superque constat. Quis, ut hoc utar, pro suae aetatis pede moduloque meliore vitae morumque fama vixit quam Pindarus? Hunc tamen vide quid canere non erubescat in fragmento, quod servavit nobis Athenaeus XIII 601 C.:

Χρῆν μὲν κατὰ καιρὸν ἐρώτων δρέπεσθαι, θυμέ, σὺν ἁλικίᾳ·
τὰς δὲ Θεοξένου ἀκτῖνας προσώπου μαρμαριζοίσας δρακείς
ὃς μὴ πόθῳ κυμαίνεται, ἐξ ἀδάμαντος
ἢ σιδάρου κεχάλκευται καρδίαν
ψυχρᾷ φλογί, πρὸς δ' Ἀφροδίτας ἀτιμασθεὶς ἑλικοβλεφάρου
ἢ περὶ χρήμασι μοχθίζει βιαίως, ἢ γυναικείῳ θράσει
ψυχρὰν φορεῖται πᾶσαν ὁδὸν θεραπεύων,
ἀλλ' ἐγὼ τᾶσδ' ἕκατι κηρὸς ὣς δαχθεὶς ἕλᾳ
ἱρὰν μελισσᾶν τάκομαι, εὖτ' ἂν ἴδω παίδων νεόγυιον ἐς ἥβαν' κτέ.

Qui plura id genus requirit, legat mihi Ibyci fr. 2, Anacreontis fr. 2, 3, 4, 24, 45, 46, 66; Mimnermi fr. 1 et 5; Solonis fr. 24, et 25, quod est cur adscribam:

ἔσθ' ἡβῃς ἐρατοῖσιν ἐν ἄνθεσι παιδοφιλήσῃ
μηρῶν ἱμείρων καὶ γλυκεροῦ στόματος.

His enim lectis, ut opinor, non ambiges quo sensu accipienda sint illa quae servavit in Lyside p. 212 *E* Plato:

ὄλβιος ᾧ παῖδές τε φίλοι καὶ μώνυχες ἵπποι
καὶ κύνες ἀγρευταὶ καὶ ξένος ἀλλοδαπός.

Non igitur vitio vertendum poetastro nostro, quod facit van der Mey p. 33, si haec verba de puerorum amore interpretatus similiter canit vs. 1255:

ὅστις μὴ παῖδας τε φιλεῖ καὶ μώνυχας ἵππους
καὶ κύνας, οὔποτε οἱ θυμὸς ἐν εὐφροσύνῃ.

Neque aliter Solonis verba intellexerunt auctores Graeci, quorum locos in adnotatione attulit Bergk ed. III Lyr. p. 429.

Vs. 257 sqq.:

Ἵππος ἐγὼ καλὴ καὶ ἀεθλίη, ἀλλὰ κάκιστον
ἄνδρα φέρω, καί μοι τοῦτ' ἀνιηρότατον,
πολλάκι δ' ἠμέλλησα διαρρήξασα χαλινόν
φεύγειν, ὠσαμένη τὸν κακὸν ἡνιόχον.

Erotici argumenti esse hos vss. post Welckerum bene contendit van der Mey p. 17. Comparare iuvat, ne quis de huius rei veritate amplius dubitet, Anacreontis fr. 4: *ὦ παῖ παρθένιον βλέπων — τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἡνιοχεύεις*, sed imprimis fr. 75, quod singularis est elegantiae:

Πῶλε Θρῃκίη, τί δή με λοξὸν ὄμμασιν βλέπουσα
νηλεῶς φεύγεις, δοκέεις δέ μ' οὐδὲν εἰδέναι σοφόν;
ἴσθι τοι, καλῶς μὲν ἄν τοι τὸν χαλινὸν ἐμβάλοιμι,
ἡνίας δ' ἔχων στρέφοιμί σ' ἀμφὶ τέρματα δρόμου·
νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκεαι κοῦφα τε σκιρτῶσα παίζεις,
δεξιὸν γὰρ ἱπποσείρην οὐκ ἔχεις ἐπεμβάτην.

Theognideorum auctor (de Anacreonteis res ad liquidum perduci vix potest) virum comparare videtur cum *equite* (qui in *κέλητι ἵππῳ* vehatur), non cum *auriga*, quae propria est vis vocabuli *ἡνιόχος*. De novitio hoc vocabuli usu cf. Passovi lexicon in voce, qui praeter hunc ipsum locum citat Aristid. II p. 84.

Ceterum pro *ὠσαμένη* (i. e. *ἀποσεισαμένη*) *ἀπωσαμένη* a glossatore profectum legitur in libris optimis, unde Bergk scribendum suspicatus est:

φεύγεν ἀπωσαμένη τὸν κακὸν ἡνιόχον,

quae coniectura vel idcirco repudianda, quod nullum est in his versibus dorismi vestigium [1]).

1) Neque eiusmodi formis, ut ita dicam, popularibus poetae elegiaci unquam usi esse videntur. Qui autem talia admitteret poeta, huic vix licebat, opinor, vocalem in voce *καλή* Ionum more producere, ut factum vides vs. 257, quam rem nemo eorum, qui aut Dorica aut Aeolica dialectu in poesi usi sunt, sibi permisisse videtur. Inspice Terpandri fr. VI; Alcmanis fr. 65; Sapphus fr. 1, 9. et

Sine caussa de vitio suspecta est ac tentatur vs. 267:

γνωτή τοι πενίη γε καὶ ἀλλοτρίη περ ἐοῦσα,

i. e. *nosti sane quid sit paupertas, licet aliena sit*, i. e. *licet ipse pauper non sis.* Verba, ni fallor, satis perspicua, quibus optime introducuntur sequentia:

οὔτε γὰρ εἰς ἀγορὴν ἔρχεται οὔτε δίκας·
πάντῃ γὰρ τοὔλασσον ἔχει κτέ.

Ubi nemo Graece peritus haerebit in priore particula *γάρ*, quae ordiri solet sententiam in praegressis adnuntiatam.

Lenius quam hucusque factum esse video emendari poterit vs. 288:

ἐν γάρ τοι πόλει ὧδε κακοψόγῳ ἀνδάνει οὐδέν·
ωσδετοσωσαιει πολλοὶ ἀνολβότεροι.

Repraesentavi lectionem codicis Mutinensis ex mea collatione (Bekkeriana, qua et Bergk utitur et Christ. Ziegler in novissima editione, Tubingae 1868, habet *ώσδετοσωσαιειἰ*, ea qua van der Mey utitur *ωσδετοσωσαι εἰ*), unde mutatione perexigua exsculpo:

ἐς δὲ τὸ σῶσ' αἰεὶ πολλοὶ ἀνολβότεροι.

3, 1. 11, 2. 14. 28, 1. 79, 2. 85, 1. 101, 1 et 2. 104, 1 et 2; Alcmaeonis fr. 30; Erinnae fr. 6, 3; Simonidis Cei fr. 4, 2. 5, 7. 12, 3. 31, 3. 40, 3. 70, 1. Bacchylidis fr. 1, 1 et 25. Pindarus quoque ubique vocalem in ea voce contraxit. Contra Iones tam epici quam iambographi constanter producunt. De Homero (Hesiodoque) res omnibus nota: tironum in gratiam afferam iambographorum locos. Vide igitur Archilochi fr. 6, 4. 13, 1. 21, 3. 29, 2. 77. 1; Simonidis Amorgini 7. 51 et 87. Hoc quoque indicio vitium deprehendas in Ananii (apud Athen. VII, p. 282 B) reliquiis, ubi cum Bergkio coniicio vs. 2 sic scribendum esse:

τῶν θέρεα καλῶν δ' ἄριστον κτέ.

Poetae elegiaci plerumque vocalem ad epicorum exemplum producunt, paullo rarius corripiunt. Productae vocalis apud Solonem exempla sunt fr. 12, 23 et 40, correptae ibidem vs. 21; Tyrtaeus vocalem produxit fr. 4, 7, fr. 10, 1 et 30, correptae non sunt in eius reliquiis exempla. Apud Mimnermum unicum exstat productae exemplum fr. 11, 4, correptae nullum. In Theognideis producitur vocalis vs. 16, 242, 609, 683, 1019, 1216, 1336, 1350, 1377; corripitur 17 bis, 282, 652, 696, 994, 1259, 1280, 1282, 1329 (sed rectius ibi Hermann *σοί τε διδοῦν' ἔτι καλον*) 1369 bis. Ex horum numero fortasse eximendus vs. 696, ubi expuncta vocula *δέ* paene malim:

τέτλαθι· τῶν καλῶν οὔτι σὺ μοῦνος ἐρᾷς.

In civitate, ait, adeo prona ad vituperandum nullum consilium placet: ad sospitandum autem *multitudo* semper est stolidior; i. e. in populari imperio, ubi periculum civitati imminet, bona consilia ad eam sospitandam capi non possunt; nam nullum consilium satis placet; nihil non vituperante populo (pro *κακοψόγῳ* cum Bergkio scribam *φιλοψόγῳ*), cui ipsi deest ad bene consulendum prudentia atque peritia. *Ἄνολβος* interdum ponitur pro *ἀνόητος*, ut recte vocabulum interpretatur schol. ad Soph. Aiac. 1135. Vide Ant. 1013 et 1251. Cf. 1328. Non igitur opus est coniectura, quae olim mihi placebat:

ὡς δ' αὐτοὶ σῶσαι πολλοὶ ἀνολβότεροι.

Aliorum coniecturas suasque recenset Bergk in Lyricorum ed. III. Pertinere fragmentum videtur ad eandem elegiam, unde sumpti sunt vss. 235 sq. et 817—820.

Sed utcumque est haec mutatio lenis, nihil tamen ad eam medicinam, quam adhibere mihi feliciter contigit loco 271—275:

Ἴσως τοι τὰ μὲν ἄλλα θεοὶ θνητοῖς ἀνθρώποις
γῆράς τ' οὐλόμενον καὶ νεότητ' ἔδοσαν·
τῶν πάντων δὲ κάκιστον ἐν ἀνθρώποις, θανάτου τε
καὶ πασέων νούσων ἐστὶ πονηρότατον,
παῖδας ἐπεὶ θρέψαιο καὶ ἅρμενα πάντα παράσχοις,
χρήματα δ' ἐγκαταθῇς, πόλλ' ἀνιηρὰ παθών,
τὸν πατέρ' ἐχθαίρουσι, καταρῶνται δ' ἀπολέσθαι,
καὶ συγέουσ' ὥσπερ πτωχὸν ἐπερχόμενον.

Merito homines docti offensi sunt tum violata syntaxi tum usu verbi *ἐγκατατιθέναι* pro *κατατιθέναι*, sed nemini cessit emendatio, neque Bergkio: *χρήματα δ' εἰ καταθῇς*, neque Hartungio: *παρασχών χρήματα κατθείης* proponenti. Namque illud si legas, offensioni erit vocula *δέ*, si hoc, participium Aoristi pro Praesenti; ut taceam mutationis audaciam. At ne litera quidem mutata haec salva erunt, modo tecum reputes literatura ante-Euclidea verba vitiata *χρήματα δ' ἐγκαταθῇς* sic scripta fuisse: *ΧΡΕΜΑΤΑΔΕΓΚΑΤΑΘΕΙC*, quae duce Grammatica et sana ratione post Euclidis tempora transcribenda fuerant in *ΧΡΗΜΑΤΑΔΗΓΚΑΤΑΘΕΙC*, i. e. *χρήματα*

δὴν καταθείς. (Cf. Theogn. 595 et 1243, Sol. fr. XIII, 16 ap. Bgk. ed. III) Satis enim constat ex inscriptionibus codicibusque vetustis moris fuisse Graecis, ut non tantum, quod hodie facimus, in compositione, sed etiam extra compositionem pro litera *N*, sequente *K Γ* aut *X*, scriberetur *Γ*. Neminem igitur posthac repertum iri arbitror, quin hanc unice veram scripturam esse intellegat. Leve tamen vitium fortasse corrigendum superest in versu sequenti: nam, ut bene cohaereant vss. 277 sq. cum vss. 278 sq. [1]), totum locum in hunc modum scriptum malim:

τῶν πάντων δὲ κάκιϛον ἐν ἀνθρώποις, θανάτου τε
καὶ πασέων νούσων ἐστι πονηρότερον,
παῖδας ἐπεὶ θρέψαιο καὶ ἅρμενα πάντα παράσχοις,
χρήματα δὴν καταθείς, πόλλ' ἀνιηρὰ παθών,
τὸν πατέρ' εἰ 'χθαίρουσι, καταρῶνται δ' ἀπολέσθαι,
καὶ ϛυγέουσ' ὥσπερ πτωχὸν ἐπερχόμενον.

Quod ad εἰ 'χθαίρουσι pro ἐχθαίρουσι attinet, tam leve est scribendi discrimen errorque adeo proclivis, ut nolim provocare ad veteris literaturae morem, quo haud raro diphthongus *ϵI* scribebatur per ϵ. Dubito tamen an omnino recte Bergk p. 1362 hunc usum eo restrinxerit, ut perhibeat „Ubi I nativum „et primigenium sit, ubi diphthongus ex duabus peculiaribus „vocalibus coaluerit, etiam veteres ut par sit *EI* scribere so„litos esse, velut μεγαλοσθένει, ἑκτορειος, δοκεῖ."

Quam rem ut plerumque observari in titulis viro acutissimo eo facilius concedo, quod mihi olim perscrutanti corpus Graecarum inscriptionum idem compertum est, ita nusquam ab hac scribendi norma antiquos Graecos descivisse verum non esse arguit v. c. titulus 71 ap. Böckhium, exaratus inter Ol. 82 et 83, in quo scriptum repperi *TAMIϵON* pro ταμιειον. Cf. N°. 76 (Ol. 90. 2) πρυτανες pro πρυτανεις, in quibus certe voca-

1) Non haererem in huius loci structura (— ἐστι πονηρότερον — ἐχθαίρουσιν), si in protasi additum foret τόδε. Nihilominus εἰ 'χθαίρουσι prorsus necessarium esse non contendo.

bulis I nativum est et primigenium. Vix tamen credo, Athenienses in *εἰ*, *ἐπεί* similibusque unquam I omisisse. Certe nullum, quod sciam, exstat eius rei vestigium.

Vs. 284 *μήθ' ὅρκῳ πίσυνος μήτε φιλημοσύνῃ*. Lectio duorum codicum Parisinorum *συνημοσύνῃ* eo magis mihi arridet, quod coniectura olim in eam incideram. Cf. Hom. Il. B 339: *πῇ δὴ συνθεσίαι τε καὶ ὅρκια βήσεται ἡμῖν;* Plut. Lycurg. cap. 2: *ὅρκια καὶ ὁμολογίαι;* Xen. Ages. III 2: *ὅρκους καὶ σπονδάς*. *Φιλημοσύνη* praeter h. l. apud Graecos auctores frustra quaeres. Idem valet de *φιλήμων*, unde formatum sit necesse est. *Φιλήμων* enim ubique est nomen proprium, nusquam appellativum. Quare diligenter videndum, annon h. l. libri deteriores genuinam poetae manum servaverit.

Vs. 295. *κωτίλῳ δ' ἀνθρώπῳ σιγᾶν χαλεπώτατον ἄχθος,*
φθεγγόμενος δ' ἀδαής, οἵσι παρῇ, μέλεται.

Turnebi coniectura *πέλεται* adiutus, suspicor:

φθεγγομένου δ' ἅμ' ἄσῃ, τοῖσι παρῇ, πέλεται.

i. e. *statim ut loquitur, fastidium fit iis quibus adest.* De *ἅμα* addito participiis omnia nota sunt. Vox *ἄσῃ* priorem syllabam corripit apud Eur. Med. 245 et Sapph. fr. I, 3. Fortasse *οἵσι* poterit servari. Vide quae disputavi p. 3. Aliorum coniecturas reperies apud Bergkium in ed. III.

Vs. 309 sqq. recte sic corrigunt:

ἐν μὲν συσσίτοισιν ἀνὴρ πεπνυμένος εἴη,
πάντα τε μιν λήθειν ὡς ἀπέοντα δοκοῖ,
εὖ τε φέροι τὰ γελοῖα, θύρηφι δὲ κάρτερος εἴη.

Sed qui subsequitur vs.:

γιγνώσκων ὀργὴν ἥν τιν' ἕκαστος ἔχει,

quid eo faciamus, nescio. Nam si, quod suasit Bergk, hunc versum et 310 alterum in alterius locum transponas, minus commodum nascitur *διὰ μέσου* vocabulorum *θύρηφι — εἴη*. Hoc video vs. 312 constare iisdem paene verbis, quibus vs. 214:

συμμίσγων ὀργὴν ἥντιν' ἕκαστος ἔχει.

eque loco non male legi posse *γιγνώσκων ὀργὴν κτέ*. Cf. 8, 420, 898, 960 et 1059 sq., quamquam is qui panxit

vss. 1071—1074 iam habuit ante oculos *συμμίσγων*, quod sane *potest* explicari.

Vs. 325 sqq.:

εἴ τις ἁμαρτωλοῖσι φίλων ἐπὶ παντὶ χολῶτο,
οὔ ποτ' ἂν ἀλλήλοις ἄρθμιοι οὐδὲ φίλοι
εἶεν· ἁμαρτωλαὶ γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἔπονται
θνητοῖς, Κύρνε· θεοὶ δ' οὐκ ἐθέλουσι φέρειν.

Recte in dubium vocatum est *ἐν* vs. 327, quod Bergk in *ἐπ'*, Emperius in *ἅμ'* mutandum esse censet: sed quid in ultimis quae adscripsi verbis (*θεοὶ — φέρειν*) aut vitiosi aut inepti insit, me prorsus non videre confiteor. Rectissime, ni fallor, locum iam expedivit Welcker, ad cuius adnotationem lectorem relegasse sufficiet. Non magis probare possum Bergkii sententiam corruptos esse vss. 331 sq.

„Ησυχος, ὥσπερ ἐγώ„, μέσσην ὁδὸν ἔρχεο ποσσίν
μηδ' ἑτέροισι διδούς, Κύρνε, τὰ τῶν ἑτέρων,

et scribendum *μηδ' ἑτέρωσε δίου*, hac addita interpretatione: *neve dextrorsum neve sinistrorsum aliorum vestigia sequere.* Nam tum valde vereor ut haec Graece dicta sint, tum nihil est in codicum lectione quod iure reprehendas. Nempe vs. posteriore prorsus idem *negative* dicitur, quod *positive* dictum est vs. 544:

ἶσον ἀμφοτέροισι δόμεν.

„*Ad meum exemplum,*" „ait, *mediam tranquillus sequere viam, suum tribuens utrisque, neutrisque partibus favens.*" Pertinent haec ad eandem rem, quam poeta suasit vs. 219 sq.:

μηδὲν ἄγαν ἄσχαλλε ταρασσομένων πολιητέων,
Κύρνε, μέσην δ' ἔρχευ τὴν ὁδόν, ὥσπερ ἐγώ.

Vs. 347 sq.:

ἐγὼ δὲ κύων ἐπέρησα χαράδρην,
χειμάρρῳ ποτάμῳ πάντ' ἀποσεισάμενος.

Imago non satis dilucida, nec quicquam prodest citasse Anacreontis fragmentum apud Hephaestionem 68: *μεγάλῳ δηὖτέ μ' Ἔρως ἔκοψεν ὥστε χαλκεὺς πελέκει, χειμερίῃ δ' ἔλουσεν ἐν χαράδρῃ.* Poeta, qui omnia sua amiserat, sese comparat cum cane, qui pernataverit torrentem, fluminis vi omnia

ἀποσεισαμένῳ. At cani, opinor, nihil est quod in flumine perdat, praeter sordes, quibus tamen poeta bona sua comparare vix poterat. Canis in flumine perdit, quibus libentissime careat: poeta perdiderat, quae tanti faciebat, ut inimicorum, a quibus bonis exutus fuerat, sanguinem bibere gestiret (*τῶν εἴη μέλαν αἷμα πιεῖν*). Praeterea *ἀποσεισάμενος* melius dictum foret de cane, qui pernatato torrente tamdiu tremebundus agitetur, donec ne stilla quidem aquae pilis inhaereat. De qua re in hac comparatione sermonem non esse satis probant verba praecedentia.

Quia autem *ἀποσείεσθαι* proprium est de iumentis, quae tergo imposita sunt, *excutientibus*, eaque imago rei de qua agitur apprime foret consentanea, longe mallem:

ἐγὼ κάνθων ἐπέρησα χαράδρην
χειμάρρῳ ποτάμῳ πάντ' ἀποσεισάμενος,

ceu asinus, qui vi fluminis (ut salvus alteram ripam attingeret) omnia abiecit. At tum parum placet h. l. asyndeton, tum in proverbialibus istis comparationibus omnia ad vivum resecanda non esse habeo persuasum. Quare, exposita loci difficultate, traditam scripturam sic interpretor, ut initio dixi; nisi quod vix ita aptum esse *ἀποσεισάμενος* infitiari non possum. Potius enim exspectes:

χειμάρρῳ ποτάμῳ πάντ' ἀπολουσάμενος.

quo simul alluderetur ad locutionem *καταλούειν τὸν βίον*, i. e. *eluere* bonis.

Vs. 351—354 corrigit van der Mey scribendo: *με βίῃ οὐκ ἐθέλοντα φιλεῖς*, cll. 371, 651. Obstat encliticum *με*, quippe cui sententiam ordiri non liceat. Aliquanto melius coniicias:

τί βίῃ μ' οὐκ ἐθέλοντα φιλεῖς;

quo ducunt Vaticani et Veneti lectio: *τί δῆμ' — φιλεῖς;* At quid obstat Bekkeri coniecturae, quam in altera editione recepit Bergk: *μὴ δή μ' οὐκ ἐθέλοντα φίλει*, quae presse sequitur optimi Mutinensis vestigia? Neque van der Mey docet, neque ego video.

Vs. 359 sq.:

Μηδὲ λίην ἐπίφαινε· κακὸν δέ τι, Κύρν', ἐπιφαίνων
παύρους κηδεμόνας σῆς κακότητος ἔχεις.

Duo prima verba corrupta esse nemo iam dubitat, sed quale

quid sententia requireret, solus criticorum perspexit clarissimus Lyricorum editor, in cuius tamen triplici coniectura (*εὐπελίην*, *εὐπαθίην*, *μηδὲν λήν*) nihil est quod vel ipsi auctori satis placere possit. Mihi in mentem venit:

Ἡδέα μοῦν' ἐπίφαινε· κτέ.

Dignissimum est quod conferatur, quodque, ut haec scribens animadverto, iam collatum est a Welckero, Pindari fragmentum 18 p. 291 ed. III Lyr. Gr., unde ea tantum verba adscribam, quae coniecturae meae favent:

καλῶν μὲν οὖν μοῖράν τε τερπνῶν ἐς μέσον
χρὴ παντὶ λαῷ δεικνύναι.

Adde Stobaei e Florilegio caput, quod inscribitur: *ὅτι δεῖ τὰς μὲν εὐτυχίας προφαίνειν κτέ.*, i. e. cap. CIX.

Vs. 365 sq. *Ἴσχε νόον, γλώσσῃ δὲ τὸ μείλιχον αἰὲν ἑπέσθω·*
δειλῶν τοι τελέθει καρδίη ὀξυτέρη.

Vs. altero non dicitur, quod visum est populari meo van der Mey p. 25: *stultum esse cui mens in promptu sit*, sed: *hominum rusticorum, ἀπαιδεύτων, ἀιδρίων, imperitae stolidaeque plebeculae esse, animum non compescere, non ἴσχειν νόον*, quod eodem sensu dictum, quo Horatianum illud: *compesce mentem*, i. e. *iram cohibe*. De significatione vocabuli *δειλός* apud Theogn. videatur imprimis Welcker in suae editionis prolegomenis Quare non sensu tam diverso, quam illi visum est, iisdem verbis sive idem sive alius poeta usus est vs. 1029 sq. Ceterum recte, ut videtur, iam Brunck traiectis verbis scribere maluit *ὀξυτέρη καρδίη*.

Vs. 370 sq. *μωμεῦνται — μιμεῦνται*. Eundem verborum lusum iam Boissonade notavit in proverbio apud Diogenianum:

μωμήσεταί τις ῥᾷον ἢ μιμήσεται,

non hercle *ῥᾴδιον*, quod ille affert.

Similiter Cicero, qui plus nimio hoc genere delectatur, pro Roscio com. § 19 ludit in verbis *laedere* et *laudare*, Aristophanes in Avibus vs. 638 sq. in *γνώμῃ* et *ῥώμῃ* inque iisdem vocabulis noti auctor epigrammatis in Demosthenem, apud Pseudoplut. vit. x orat.:

εἰ μὲν ἴσην γνώμῃ ῥώμην, Δημόσθενες, εἶχες,
οὔποτ' ἂν Ἑλλήνων ἦρχεν Ἄρης Μακεδών.

Sescentos eiusmodi lusus qui hoc agat ex utriusque linguae scriptoribus afferre parvo negotio possit.

Vs. 421 sqq.:

πολλοῖς ἀνθρώπων γλώσσῃ θύραι οὐκ ἐπίκεινται
ἁρμόδιαι, καί σφιν πόλλ' ἀμέλητα μέλει.

Hoc est, quod nemo non videt: *Multi homines tacenda dicunt, curantque non curanda.* Sed controversa sunt, quae sequuntur:

πολλάκι γὰρ τὸ κακὸν κατακείμενον ἔνδον ἄμεινον,
ἐσθλὸν δ' ἐξελθὸν λώιον ἢ τὸ κακόν.

Ultimum versum vitium contraxisse nemo facile negabit. Verum valde miror Bergkium ultimo versui olim hanc sententiam fuisse dicentem: *bonum, quod divulgatum, plus nocuit quam malum*, qualis sententia quomodo cum praegressis conciliari possit, ipse vir ingeniosus videat. Non enim hercle poeta suadet, ut omnia taceamus, sed mala tantum; quorsum pertinet vs. tertius. Quare haud paullo melius poeta mentem assecutus mihi videtur Hartung rescribens ἢ κρύφιον, quod tamen pro κρυφθέν vel κεκρυμμένον opponi potuisse participio ἐξελθόν difficilius fuerit ad demonstrandum. Ego nil amplius requirerem, si legeretur:

ἐσθλὸν δ' ἐξελθὸν λώιον ἢ 'ποτεθέν.

Verbum ἀποτιθέναι s. ἀποτίθεσθαι, (quod habes vs. 517), unde ἀποθηκή, Graecis est, quod Latinis *condere*, itaque huic loco apprimis convenit. „Sed rem bonam, ait, melius divul„gabis quam pectore conditam retinebis." Possis quoque ἢ 'ποκρυβέν, sed illud praeplacet. Ad ἐξελθόν cf. vs. 610, ad dicendi rationem Hom. Od. ξ 466:

καί τι ἔπος προέηκεν ὅπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον.

Vs. 494. ἀλλήλων ἔριδος δὴν ἀπερυκόμενοι.

Cod. Mutinensis exhibet δῆιν, si fides Schweidewino, quamquam neque ego neque Bekker ullam enotavimus in hoc vocabulo discrepantiam, is autem cuius collationem publicavit van

der Mey, se δῆν legisse profitetur. Sed procul dubio reiicienda Schneidewini coniectura λῆμ', nec multo me iudice probabilius est, quod in tertia editione de suo recepit Bergk: ἔριδος δῆριν ἐρυκόμενοι, quum praesertim aliquanto lenius possis:

ἀλλήλων ἔριδος δηΐν ἐρυκόμενοι·

Exstitisse enim olim vocabulum δηίς, tum apparet e derivatis δήιος, δηιάλωτος, Δηιδάμεια, aliisque multis, tum testantur Grammatici.

Fortasse vel eo progredi licet, ut, ne litera quidem mutata, Theognidi hanc vindicemus lectionem:

ἀλλήλων ἔριδος δῆν ἀπερυκόμενοι.

Similiter enim δήιος subinde contrahitur, v. c. vs. 552:

δῆων γάρ σφ' ἀνδρῶν ἀντιάσειν δοκέω.

Vs. 511 sqq. Ἦλθες δή, Κλεάριστε, βαθὺν διὰ πόντον ἀνύσσας
ἐνθάδ' ἐπ' οὐδὲν ἔχοντ', ὦ τάλαν, οὐδὲν ἔχων·
νηός τοι πλευρῇσιν ὑπὸ ζυγὰ θήσομεν ἡμεῖς,
[Κλεάρισθ',] οἵ' ἔχομεν χοῖα διδοῦσι θεοί.

Verba οἵ' ἔχομεν κτέ. non habent, unde pendeant, et inepte tam brevi intervallo nomen proprium repetitum est. Hinc antiquam lacunam a librario, οἷα cum praegresso ζυγὰ cohaerere credenti; olim male expletam esse facilis est suspicio. Equidem suppleverim:

ἔσται δ' οἵ' ἔχομεν κτέ. vel: λήψει δ' οἵ' ἔχομεν κτέ.

Aliter Bergk, cui locus in arctius redactus esse videtur. De sequentibus egi supra pag. 4.

Vs. 542 deteriorum librorum scripturam ὀλέσῃ recte sequitus Hartung. Vide etiam Meyum p. 9.

Vs. 549 sq.: ἄγγελος ἄφθογγος πόλεμον πολύδακρυν,
ἐγείρει,
Κύρν', ἀπὸ τηλαυγέος φαινόμενος σκοπιῆς.

Ex ultimis quae adscripsi verbis apparet recte iam Camerarium intellexisse, verba ἄγγελος ἄφθογγος spectare signa per faces (πυρσούς) datas et falli Welckerum de pulvere cogitantem propter loca Aeschylea Sept. 81 et Suppl. 179. De vs. 552 vide notata ad vs. 494.

Vs. 537: *ῥόδα φύεται οὐδ' ὑάκινθος.* Nihil opus est metri caussa transponere *φύεται ῥόδα.* Nam non solum *ῡ* ante vocalem in hoc verbo produxit Solon IV, 36, quem locum iam Bergk attulit, sed etiam incertus poeta apud Plut. de aud. poet. c. 13.: *φύονται μαλακῶν ἄνθεα λευκοΐων.*

Vs. 577. *ῥήιον* pro *ῥῃδιον* recte van der Mey, post Schneiderum. Idem p. 28 sq. parum me iudice probavit suam opinionem, vss. 575:

οἵ με φίλοι προδιδοῦσιν, ἐπεί τόν γ' ἐχθρὸν ἀλεύμαι
ὥσε κυβερνήτης χοιράδας εἰναλίας.

post verbum *προδιδοῦσιν* excidisse quaedam, quibus idem fere significaretur, quod legitur vss. 1219 sq.; in cuius rei fidem affert vs. 861—864, quae versuum 575 sq. parodiam contineant; quare etiam hoc distichon olim fuisse tetrastichon veri esse simile. Quod primum cur probabile sit non prorsus perspicio, deinde haec Theognidea *excerpta* esse, non *integras elegias*, satis constat. Nihilominus minime nego versus illos 861—864 eodem constare numero, quo vss. antiquiores, unde illa expressa sunt. Sed exstat is locus 811—114:

Χρῆμ' ἔπαθον θανάτου μὲν ἀεικέος οὔτι κάκιον,
τῶν δ' ἄλλων πάντων, Κύρν', ἀνιηρότατον·
οἵ με φίλοι προὔδωκαν· ἐγὼ δ' ἐχθροῖσι πελασθείς
εἰδήσω καὶ τῶν ὄντιν' ἔχουσι νόον.

Sic vs. 861 sq.:

οἵ με φίλοι προδιδοῦσι — ἀλλ' ἐγὼ αὐτομάτη κτέ.

Ita quoque vs. 575 scribendum arbitror:

οἵ με φίλοι προδιδοῦσιν, ἐγὼ δὲ τὸν ἐχθρὸν ἀλεύμαι κτέ.

Vs. 585 sqq. *πᾶσίν τοι κίνδυνος ἐπ' ἔργμασιν, οὐδέ τις οἶδεν*
πῇ σχήσειν μέλλει πρήγματος ἀρχομένου.
ἀλλ' ὁ μὲν εὐδοκιμεῖν πειρώμενος οὐ προνοήσας
ἐς μεγάλην ἄτην καὶ χαλεπὴν ἔπεσεν·
τῷ δὲ κακῶς ποιεῦντι θεὸς περὶ πάντα τίθησιν
συντυχίην ἀγαθήν, ἔκλυσιν ἀφροσύνης.

Offensioni est tum *κακῶς ποιεῖν* dictum *de eo qui inconsiderate sine consilio ac prudentia agit*, tum *οὐ προνοήσας*,

ubi contrarium exspectes ab homine gloriam bonamque famam appetenti. At fortasse poeta scripserat:

ἀλλ' ὁ μὲν εὐδοκιμεῖν πειρώμενος εὖ προνοήσας
ἐς μεγάλην ἄτην καὶ χαλεπὴν ἔπεσεν
τῷ δὲ κακῶς προνοεῦντι θεὸς περὶ πάντα τίθησιν
συντυχίην ἀγαθήν, ἔκλυσιν ἀφροσύνης.

Cf. 161 sqq. et 639 sq., ubi recte van der Mey *ἔρρειν* coniecit pro *εὑρεῖν*, quod in *εὖ ῥεῖν* mutaverat Bergk. Coniecturae meae opponere noli lectionem in Solonis eleg. XIII vs. 39: *τῷ δὲ κακῶς ἔρδοντι θ. π. π. τ.* Nam haec est Bergkii correctio. Stobaei codd. habent *ἔρδειν*, quod errore repetitum videtur e vs. 37:

ἀλλ' ὁ μὲν εὖ ἔρδειν πειρώμενος κτέ.

Vs. 607 pro (*ψει/δους*) *μικρή* repetita sibillanti scripserim *σμικρή*. Cf. vss. 14 et 580.

Vs. 613. *σιγᾶν δ' οὐκ ἐθέλουσι κακοὶ κακὰ λεσχάζοντες.* Ob opposita: *οἱ δ' ἀγαθοὶ πάντων μέτρον ἴσασιν ἔχειν* ferme exspectes: *σιγᾶν δ' οὐ τολμῶσι* i. e. *tacere nequeunt*, s. ad literam, *non sustinent.* Sed nihil muto.

Vs. 667 sq.:

εἰ μὲν χρήματ' ἔχοιμι, Σιμωνίδη, οἷάπερ ἤδειν,
οὐκ ἂν ἀνιώμην τοῖς ἀγαθοῖσι συνών.

Sic Bergk e codd. edidit, posteaquam in ed. II receperat suam coniecturam:

οἷάπερ οἶδα
οὐκ ἂν ἀναινοίμην κτέ.

Certissimum autem est *ἀνῑώμην* (cf. 991) corruptum esse tam propter vocalem brevem productam quam propter loci sententiam; neque diffiteor hanc Bergkii coniecturam mihi videri valde probabilem. Reliquis quas affert coniecturis manifesto violatur poetae mens. Quominus autem e lectione codicis Mutinensis *ἤδη* leniore manu eliciamus *ἤδη*, obstat, nisi fallor, Grammatica graeca.

Vs. 671 sq. *οὕνεκα νῦν φερόμεσθα καθ' ἱξία λευκὰ βαλόντες*
Μηλίου ἐκ πόντου νύκτα διὰ δνοφερήν.

Nemo facile fidem habebit Bergkio contendenti *Μηλίου* h. l. dictum esse pro *Μηλιῶς* sive *Μηλιακοῦ*. Recte, modo locus sanus sit, Hartung interpretatur de mari circa *insulam Melum*. Nolo tamen diffiteri mire dictum esse *φερόμεσθα Μηλίου ἐκ πόντου*, ubi expectaveris *Μηλίῳ 'ν πόντῳ* (Cf. Sol. 12, 43 sqq.), vel potius, quia etiam sine tempestate nox obscura esse potest et requiritur fere tempestatis diserta mentio, suspiceris poetam dedisse:

χειμερίῳ'ν πόντῳ νύκτα διὰ δνοφερήν.

Sed alia sunt, quae in pulcherrima elegia offendunt. Media enim allegoria subito post vs. 676 frigidissime interrumpitur hoc disticho:

χρήματα δ' ἁρπάζουσι βίῃ, κόσμος δ' ἀπόλωλεν,
δασμὸς δ' οὐκέτ' ἴσος γίνεται ἐς τὸ μέσον,

quo praeterea male divelluntur, quae arctissime iungenda sunt: *κυβερνήτην μὲν ἔπαυσαν* et *φορτηγοὶ δ' ἄρχουσι.*

Interpolatoris esse hos versus, allegoriam interpretantis, vix dubito. Frustra corriguntur. Cum priore cf. vs. 346.

Sed pauca agenda superesse animadverto in praegressis. Nam haud sane immerito viri docti haeserunt in vss. 649 sqq.:

Ἆ δειλὴ πενίη, τί ἐμοῖς ἐπικειμένη ὤμοις
σῶμα καταισχύνεις καὶ νόον ἡμέτερον;
αἰσχρὰ δέ μ' οὐκ ἐθέλοντα βίῃ καὶ πολλὰ διδάσκεις
ἐσθλὰ μετ' ἀνθρώπων καὶ κάλ' ἐπιστάμενον.

Sed iniuria vs. 651 pro intensiva particula *καί*, quam libri habent, ex Stobaeo receptum est *κακά*, nec magis probaverim Hartungi coniecturam *καὶ δειλά* pro *καὶ πολλά*, quod sanissimum est. Mihi, partim cum Emperio, alterum distichon sic constituendum videtur:

αἰσχρὰ γὰρ οὐκ ἐθέλοντα βίῃ καὶ πολλὰ διδάσκεις
ἐσθλά με τἀνθρώπων καὶ μάλ' ἐπιστάμενον.

Aliquid vidit van der Mey in vss. 659 sq., sed, ut Homericus Agamemnon, *οὐ τέλος ἴκετο μύθων*. Libri habent:

οὐδ' ὁμόσαι χρὴ τοῦθ' ὅτι μήποτε πρῆγμα τόδ' ἔξαι·

θεοὶ γάρ τε νεμεσῶσ', οἵσιν ἔπεςι τέλος·
καὶ πρῆξαι μέντοι τι· καὶ ἐκ κακοῦ ἐσθλὸν ἔγεντο
καὶ κακὸν ἐξ ἀγαθοῦ.

Nam sollerter quidem civis meus intellexit in μέντοι τι latere *posse* participium μέλλοντι, sed minus recte, deleta distinctione, inde suspendit sequentia verba: καὶ ἐκ κακοῦ κτέ. Etenim recte quidem dicitur: τῷ πράττοντι ἐκ κακοῦ ἐσθλὸν γίγνεται, sed non item: τῷ πρᾶξαι μέλλοντι. Quare locum sic scribere malim:

οὐδ' ὀμόσαι χρὴ τοῦτ', οὐ μήποτε πρῆγμα τόδ' ἔσαι·
θεοὶ γάρ τοι νεμεσῶσ', οἵσί τ' ἔπεςι τέλος
καὶ πρῆξαι μέλλοντι· κτέ.

sive eodem sensu: κεἰ πρῆξαι μέλλοις τι κτέ. *Ne iura: numquam hoc vel illud fiet* (dives es: non ero pauper; es pauper: non ero dives); *nam profecto deorum invidiae aeque obnoxiae sunt res iam perfectae quam quas agere meditaris: ut e malo bonum, sic e bono fit malum cett.* Vs. 1 οὐ pro ὅτι et 2 τοι pro τε debetur Hermanno [1]). Praeter locos, quos iam comparavit Welcker, imprimis conferantur Archilochi fr. 74: χρημάτων δ'ἄελπτον οὐδέν ἐςιν οὐδ' ἀπώμοτον κτέ. et Sophoclis Antig. vs. 388: ἄναξ, βροτοῖσιν οὐδὲν ἐς' ἀπώμοτον.

Vs. 689 sq.:

Οὐ χρὴ πημαίνειν ὅ τι μὴ πημαντέον εἴη,
οὐδ' ἔρδειν ὅτι μὴ λώιον ἢ τελέσαι.

Bergkio corrigendum videtur:

οὐ χρὴ δειμαίνειν ὅ τι μὴ δειμαντέον εἴη,

mihi: οὐ χρὴ σημαίνειν ὅτι μὴ σημαντέον εἴη, ut fiat sensus: *non oportet* (aliis) *imperare quae imperanda non sunt, neque* (ipsum) *facere, quae non sunt facienda.*

Vs. 699 sqq.:

πλήθει δ' ἀνθρώπων ἀρετὴ μία γίγνεται ἥδε,
πλουτεῖν· τῶν δ' ἄλλων οὐδὲν ἄρ' ἦν ὄφελος,
. . . . . .

1) Caussa erroris esse potuit ambiguitas verborum: οἵσι τέλος, quae relata ad θεοί significent: *penes quos est rerum eventus.* Pindarus: ἐν θεῷ τέλος.

713 *οὐδ' εἰ ψευδέα μὲν τοιοῖς ἐτύμοισιν ὁμοῖα,*
γλῶσσαν ἔχων ἀγαθὴν Νέστορος ἀντιθέου,
ὠκύτερος δ' εἴησθα πόδας ταχιέων Ἁρπυιῶν κτέ.

Ingeniose Hecker:

γλῶσσαν ἔχων ἀγανὴν Ὀρφέος ἀντιθέου,

cui coniecturae sane libenter acquiescerem, ni dubitationem iniiceret mutationis gravitas. Fieri enim potest, ut post vs. 713 distichon interciderit, in cuius vs. priore magni alicuius poetae antiqui nomen memoraretur, posterioris autem sensus fuerit:

Sive in concione quae velles hominibus persuaderes.

Ita enim rectissime sequeretur:

γλῶσσαν ἔχων ἀγαθὴν Νέστορος ἀντιθέου,

ut habent codices. Quare potius lacunam statuerim.

Contra vs. 731 sqq. vide ne gravi laborent interpolatione, quam indicabo scribendo:

Ζεῦ πάτερ, εἴθε γένοιτο θεοῖς φίλα [τοῖς μὲν ἀλιτροῖς,
ὕβριν ἀδεῖν καί σφιν τοῦτο γένοιτο φίλον
θυμῷ, σχέτλια ἔργα μετὰ φρεσίν] ὅσις ἀθήνης
ἐργάζοιτο, θεῶν μηδὲν ὀπιζόμενος,
αὐτὸν ἔπειτα πάλιν τῖσαι κακά κτέ.

Etenim, ut taceam miras sermonis ambages inextricabilemque loci structuram, quam Bergk expedire conatus est admittenda lacuna post verba *ὕβριν ἀδεῖν*, prorsus non intellego quid sit *σχέτλια ἔργα μετὰ φρεσὶν ἐργάζεσθαι*. Nam scio quid sit *μετὰ φρεσὶ μερμηρίζειν, βάλλεσθαι*, sed *μετὰ φρεσὶν ἐργάζεσθαι* plane absurdum est. Quod si mihi dederis, fortasse mecum facies rescribenti:

Ζεῦ πάτερ, εἴθε γένοιτο θεοῖς φίλον, ὅσις ἀλιτρά [1])
ἐργάζοιτο κτέ.

Sed ecce vs. 737 sqq.:

1) *ἀλιτρά* exempli gratia scripsi. Nam aliud quid sub *ἀθήνης* latere probabile est. Quod Bergk ex Hesychio reposuit *ἀθειρής*, admissa mea litura, non amplius convenit, nec *ἀθειρῇ* fortasse satis Graecum est. Num *ὅς' ἀθέμιστα? Melius tute reperi, me missum face!*

παῖδες δ', οἵτ' ἀδίκου πατρὸς τὰ δίκαια νοεῦντες
ποιῶσιν, Κρονίδη, σὸν χόλον ἀζόμενοι,
ἐξ ἀρχῆς τὰ δίκαια μετ' ἀσοῖσιν φιλέοντες,
μή τιν' ὑπερβασίην ἀντιτίνειν πατέρων.

iterum criticis aqua haeret. Coniecturas vide apud Bergkium, quibus adde hanc meam:

παῖδας δ', οἵτ' ἀδίκου πατρὸς τὰ δίκαια γεγῶτες
ποιῶσιν, Κρονίδη, σὸν χόλον ἀζόμενοι,
ἐξ ἀρχῆς τε τὰ καλὰ μετ' ἀσοῖσιν [1]) φιλέοντες,
μή τιν' ὑπερβασίην ἀντιτίνειν πατέρων.

Cf. vs. 683.: οἱ δὲ τὰ καλὰ ζητοῦσιν κτέ.

Vs. 743 sqq.:

καὶ τοῦτ' ἀθανάτων βασιλεῦ, πῶς ἐξι δίκαιον,
ἔργων ὅσις ἀνὴρ ἐκτὸς ἐὼν ἀδίκων,
μή τιν' ὑπερβασίην κατέχων μηδ' ὅρκον ἀλιτρόν,
ἀλλὰ δίκαιος ἐὼν μὴ τὰ δίκαια πάθῃ;

Quo sensu dicatur ὑπερβασίην et ὅρκον κατέχειν non exputo. Cogitavi de reponendo κενθῶν, sed fortasse aptius est:

μή τιν' ὑπερβασίην ϛέργων μηδ' ὅρκον ἀλιτρόν.

Sine caussa Hecker tentavit vs. 786:

καί μ' ἐφίλευν προφρόνως πάντες ἐπερχόμενον,

requirens ἐπερχόμενοι. Cf. vs. 278:

καὶ ϛυγέουσ' ὥσπερ πτωχὸν ἐπερχόμενον,

et Ibyci fragm. II, vs. 3: ἦ μὰν τρομέω νιν ἐπερχόμενον.

Nec quicquam corrigendo profectum est vs. 800:

ἀλλ' ὃς λώιος ὃς μὴ πλεόνεσσι μέλοι,

ubi si, quod dubito, Heimsöth recte poetae mentem assecutus est, plus iusto saltem novavit rescribendo:

ἀλλ' ὃς λώιος ὃς δὴ πλεόνεσσιν ἄδοι,

quandoquidem sensu parum aut nihil diverso scribas:

ἀλλ' ὃς λώιος ὃς δὴ πλεόνεσσι μέλοι.

Cf. 1319 sq.

Vs. 790 sqq. prorsus necessaria videtur Vineti emendatio

---

1) ἐσθλοῖσιν probabiliter Hecker.

ἀντ' ἐρατῆς σοφίης pro ἀντ' ἀρετῆς σοφίης τ', quia servata hac lectione plane supervacua sunt verba:

καὶ μετὰ τῶν ἀγαθῶν ἐσθλὸν ἔχοιμι νόον,

in quo vs., ni quid peccatum a scribis, τῶν more epico valet τούτων.

Vs. 811:

χρῆμ' ἔπαθον θανάτου μὲν ἀεικέος οὔτι κάκιον.

Nota iota comparativi more Atticorum productum, quod rarius fit apud elegiacos. Cf. 21, 262, 411. Alterum in Theognideis exemplum legitur vs. 1175, quem tamen versum spurium esse infra ostendere conabor. Similiter κάλλιον reperies apud Simonidem epigr. 142, 3, et κάκιον in Archilochi disticho fr. 13.

Frustra in dubium vocata videtur tradita lectio [1]) vs. 819:

ἐς πολυάρητον κακὸν ἤκομεν.

Nam propter duplicem vim verbi ἀρᾶσθαι formatum inde adiectivum pari iure in bonam quam in malam partem dici potuisse probabile est.

Vs. 826 sq.: γῆς δ' οὖρος φαίνεται ἐξ ἀγορῆς,
ἥτε τρέφει καρποῖσιν ἐν εἰλαπίναις φορέοντας
ξανθῇσίν τε κόμαις πορφυρέους στεφάνους.

Bello cives eo redacti erant, ut agri fines e foro conspicerentur, qui olim largo proventu effecerat, ut lautis conviviis et comissationibus indulgere possent. Hinc vide ne verius sit:

γῆς δ' οἶρος φαίνεται ἐξ ἀγορῆς,
ἥτ' ἔτρεφεν καρποῖσιν κτέ.

---

1) His ipsis diebus percurrenti novissimam TERENTI editionem, quam curavit Franciscus Umpfenbach — doctum sane opus et laboriosum! — mirum mihi accidit, nondum intellectum esse vitio carere Syri verba ad Sannionem in Adelphis II 2, 15 sq.:

Age novi tuum animum: quasi iam usquam tibi sint viginti minae,
dum huic obsequare. — praeterea autem te aiunt proficisci Cyprum cett.

Sensus enim, nisi egregie fallor, hic est: Scio quid tacite tecum colloquaris, nempe hoc: noli, Sannio, huius (Syri) verbis habere fidem nec putare tibi, dum huic (Aeschini) obsequaris, iam paratas esse viginti illas minas. — Ea cogitatio propter iter, quod Cyprum susceptarus es, male te habet; ubi tamen illinc, ut spero, redieris, *hoc ages*, i. e. ut reddatur tibi pecunia. Perversa Donati interpretatio in errorem induxerat summum Bentleium.

Deinde rectissime Schneidewin: *ξανθαῖς ἀμφὶ κόμαις*, et in sqq. ingeniosissime Berk.: *ἀλλ' ἄγε δὴ 'γκυτὶ κεῖρε κόμην.*

Fortasse vulgata sic defendi potest 831 sq.:

πίστει χρήματ' ὄλεσσα, ἀπιστίῃ δ' ἐσάωσα·
γνώμη δ' ἀργαλέη γίγνεται ἀμφοτέρων,

ut *γνώμη* sit sententia, quam is pronuntiat, qui iudex sedeat inter fidem et perfidiam. Ahrens *μνήμη* coniecit.

Nec fortasse quicquam novandum in disticho vs. 843 sq.:

ἀλλ' ὁπόταν καθύπερθεν ἐὼν ὑπένερθε γένηται,
τουτάκις οἴκαδ' ἴμεν παυσάμενοι πόσιος,

modo imperite excerptum existimemus, ut subiectum e praegressis petendum fuerit *ὄροφος*, quod malim suspicari quam scribendum esse: *ἦν δ' ὄροφος καθύπερθεν κτέ.*

Vs. 861 sq.:

οἵ με φίλοι προδιδοῦσι, καὶ οὐκ ἐθέλουσι τι δοῦναι
ἀνδρῶν φαινομένων κτέ.

Bene olim emendatum est *ἄχρων*, sed miror neminem haesisse in verbis *τι δοῦναι*, quia aliud fere postulant opposita:

ἀλλ' ἐγὼ αὐτομάτη
ἐσπερίη τ' ἔξειμι κτέ.

Incerta tamen emendatio: nam possis quidem: *καὶ οὐκ ἐθέλουσ' ἔτι φοιτᾶν*, sed pari iure alia fortasse coniici poterunt. In novitio carmine non sollicitaverim cum Heimsoethio vs. 864: *ἦμος ἀλεκτρυόνων φθόγγος ἐγειρομένων.* Vide Bergk, p. 1374 ed. III.

Vs. 869 sqq.:

Ἐν μοι ἔπειτα πέσοι μέγας οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν
χάλκεος, ἀνθρώπων δεῖμα χαμαιγενέων,
εἰ μὴ ἐγὼ τοῖσιν μὲν ἐπαρκέσω οἵ με φιλεῦσιν,
τοῖς δ' ἐχθροῖς ἀνίη καὶ μέγα πῆμ' ἔσομαι.

Emperii coniectura: *ἀθανάτων δώματ' ἀειγενέων* et per se parum venusta est et iusto longius a codicis optimi scriptura recedit. Accedit quod locutio *ἄνθρωποι χαμαιγενεῖς* doctior est, quam quae in librariorum cerebris nata esse possit.

Cf. Hymn. in Ven. 108 aliique loci, quos Passovi lexicon suppeditabit. Aliquanto sane lenius possis:

ἀνθρώπων θαῦμα χαμαιγενέων,

ut expressum sit Homericum *θαῦμα βροτοῖσι.* Nescio tamen an nihil mutandum sit, sed *δεῖμα* referendum non ad *οὐρανός*, verum ad universam sententiam praecedentem, scil. *τὸ ἐμπεσεῖν τὸν οὐρανόν*, de quo dicendi scribendique more nota sunt omnia. Num tantopere mirandum, homines poetae aequales, qua erant simplicitate primaeva, terrae motibus diluviis gravibusque tempestatibus perterritos subinde timuisse, ne *terra igni misceretur, fractus illaberetur orbis*, sublime illud candens, quod Homeri ad exemplum *aeneum* poeta vocat, in terram descenderet, rediretque, non *grave seculum Pyrrhae,* sed chaos antiquum, quod fuit aut non fuit ante fabricationem mundi?

Contra procul dubio iure tentantur haec vs. 865 sqq.:

πολλοῖς ἀχρήσοισι θεὸς δίδοι ἀνδράσιν ὄλβον
ἐσθλόν, ὃς οὔτ' αὐτῷ βέλτερος οὐδὲν ἐών
οὔτε φίλοις· κτέ.

Apte Bergk *οὔτε πόλει,* quod tamen a tradita scriptura nimium distat. Lenius enim possis:

ὃς οὔτ' αὐτῷ βέλτερος οὔτε γένει (sive *γόνῳ*)
οὔτε φίλοις· κτέ.

Substantivum *γόνος* interdum collective poni eodem sensu quo *γένος* notius est, quam quod exemplis demonstrem, quae cupienti quodvis lexicon suppeditabit.

Verum prae ceteris omnibus lenitate se commendabit haec corrigendi ratio:

— ὅ κ' οὔτ' αὐτῷ βέλτερος οὐδὲν ἔοι
οὔτε φίλοις· κτέ.

Ad articuli usum pro relativo cf. Iliad. A. 388.

Nimium Mutinensi libro Bergk tribuisse mihi videtur vs. 884:

θωρηχθεὶς δ' ἔσεαι πολλὸν ἐλαφροτέρως,

ubi deteriores optime dant *ἐλαφρότερος*. Quis, ut hoc utar, sicubi permittente metro scriberetur *ἔσεαι πολλὸν ῥᾳόνως*, non statim vel sine codicibus corrigeret *ῥᾴων?* In his minu-

tiis nullam esse libris manuscriptis auctoritatem, nimis saepe iterari non potest.

Vs. 903 sqq.:

Ὅσις ἀνάλωσιν τηρεῖ κατὰ χρήματα θηρῶν
κυδίσην ἀρετὴν τοῖς συνιεῖσιν ἔχει.

In iis quae coniecta sunt nihil est, quod ullam habeat speciem, praeter Bergkii suspicionem *Θήρων*, quam tamen falsam esse evincunt vs. 923 sqq.: *οὕτω Δημόκλεις* (malim *Δημόκλεες*) *κτέ.* Nihil enim est ex mea quidem sententia evidentius quam hos vss. ex eadem elegia petitos esse cum superioribus. Quare, repudiata speciosa illa propter remedii lenitatem coniectura, coniicio:

Ὅσις ἀνάλωσιν τηρεῖ κατὰ χρήματ' ἀθειρέως,
κυδίσην ἀρετὴν τοῖς συνιεῖσιν ἔχει.

Videatur Etymol. M.: *ἀθειρέως· ἀκριβῶς, καὶ ἀθειρές, τὸ ἀκριβές.*

Miror autem nil mali criticos odoratos esse vs. 923 sqq., quos scriptos mallem in hunce modum:

Οὕτω, Δημοκλεες, κατὰ χρήματ' ἄριστον ἁπάντων
τὴν δαπάνην θέσθαι καὶ μελέτην σχεθέμεν.
οὔτε γὰρ ἂν προκαμὼν ἄλλῳ κάματον μεταδοίης,
οὔτ' ἂν πτωχεύων δουλοσύνην ταλάσαις,

vel lenius etiam *ταλάοις* (sive potius more Ionico *ταλέοις*?), si verbi *ΤΑΛΑΩ* aliam formam praeter Aoristum, in usu fuisse constaret. Codices: *δουλοσύνην τελέοις*, quod quid h. l. significare possit non satis capio. Et *δουλοσύνην* tametsi depravatum esse non spondeo, quia mendicitas veram hominibus libertatem eripere negari non potest: praeferrem tamen, si in aliquo libro ita scriptum exstaret, *χρημοσύνην* vel *πλαγκτοσύνην*.

Quod malim *σχεθέμεν* pro *ἐχέμεν*, haec causa est, quod post *θέσθαι* non intellego cur, non vetante metro, poeta diversorum temporum Infinitivis uti maluerit. Deinde non male fortasse van der Mey p. 46 post *σχεθέμεν* inserendum iudicat distichon vs. 559 sq.:

ὥςε σε μήτε λίην ἀφνεὸν κτεάτεσσι γενέσθαι,
μήτε σέ γ' ἐς πολλὴν χρημοσύνην ἐλάσαι.

Iterum haereo vs. 927:

οὐδ' εἰ γῆρας ἵκοιο, τὰ χρήματα πάντ' ἀποδραίη,

qui vs. mire excipit praegressum, ubi iam paupertatis mentionem factam esse videmus; ne dicam voculam *ἄν* male desiderari. Videant alii.

Vs. 947 sq.:

Πατρίδα κοσμήσω, λιπαρὴν πόλιν, οὔτ' ἐπὶ δήμῳ
τρέψας οὔτ' ἀδίκοις ἀνδράσι πειθόμενος,

Solonis esse suspicor. *Ἄδικοι ἄνδρες*, qui h. l. opponuntur *δήμῳ* (hos ipsos *κακοὺς* et *δειλοὺς* vocat Theognis, hisque omne iniustitiae genus tribuit), oligarchi esse videntur. Solon neque illi neque his patriam suam tradens (Cf. Sol. fr. 4, 5, 36, 37) legibus eam ornavit. *Λιπαρὴ πόλις* apte dicuntur Athenae. Est *ἀφνῶν τιμή* illa, quam salse ridet Aristophanes. Cf. Pindarus Nem. IV 29; Isthm. II 30. Notum est omnibus pulcherrimum illud Pindari carminis fragmentum, quod comicus innuit (fr. 54):

Ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι καὶ ἀοίδιμοι
Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθᾶναι, δαιμόνιον πτολίεθρον.

Adde Eurip. Iph. T. 1130, Alc. 454, Tro. 801, Arist. Eq. 1327, Acharn. 639 sq., Nub. 300. Non tamen idcirco nego alias quoque urbes a poetis eodem epitheto ornatas fuisse.

Vs. 949—954, quos, recte vetante Bergkio, infelicissima coniectura coniector felicissimus Hecker Soloni tribuebat, si qui alii mentiuntur nomen Theognidis, cuius aevum arguti eiusmodi lusus et aenigmata minime sapiant. Lubrici argumenti esse dudum animadversum est a viris doctis. Cum aliis nonnullis digniora sunt altero illo elegiarum libro, de quo supra dictum est. Duo ultimi versus:

πρήξας δ' οὐκ ἔπρηξας, καὶ οὐκ ἐτέλεσσα τελέσσας,
δρήσας δ' οὐκ ἔδρησ', ἤνυσα οὐκ ἀνύσας

quater eandem rem, de qua cf. Welcker, sat inepte significare videntur.

Vs. 966 vere van der Mey:

κρύπτουσιν, θέμενοι θυμὸν ἐφημέριον.

pro: κρύπτουσ', ἐνθέμενοι κτέ.

Vs. 973 sqq.:

Οὐδεὶς ἀνθρώπων, ὃν πρῶτ' ἐπὶ γαῖα καλύψῃ
εἴς τ' Ἔρεβος καταβῇ, δώματα Περσεφόνης,
τέρπεται οὔτε λύρης οὔτ' αὐλητῆρος ἀκούων,
οὔτε Διωνύσου δῶρ' ἐσαειράμενος.

Ultimus quem adscripsi versus non nisi levibus mendis affectus videtur, quae facile eluas scribendo:

οὔτε Διωνύσου δῶρ' ἔτ' ἀειρόμενος.

Et requiri Praesens tempus iam intellectum est a Schaefero et Bergkio, quorum hic usum verbi αἴρεσθαι hac in re egregie demonstravit ad vs. 500 sq. Qui autem versus hunc excipit:

ταῦτ' ἐσορῶν κραδίην εὖ πείσομαι κτέ.

interpreti nimium molestus est, siquidem non intellegitur, quid sit εὖ πάσχειν τὴν καρδίαν. Ni fallor, poeta more Graecis perfamiliari cor suum alloquitur, canens:

ταῦτ' ἐσορῶν, κραδίη, εὖ πείσομαι, ὄφρ' ἔτ' ἐλαφρὰ
γούνατα καὶ κεφαλὴν ἀτρεμέως προφέρω.

Cf. Eurip. Med. 1242; Alc. 840, 1056; Ar. Ach. 484, 449, 479. Et quis ignorat Homericum illud: τέτλαθι δή, κραδίη, aut: εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν, quod non debuerat Bekker ubique locorum obliterare scribendo: ἑὸν μεγαλήτορα θυμόν? Ipse noster vs. 695:

Οὐ δύναμαί σοι, θυμέ, παρασχεῖν ἄρμενα πάντα.

Cf. 1029: Τόλμα, θυμέ, κακοῖσι κτέ.

Hiatum in arsi ante caesuram legitimum esse, supra iam vidimus. Quem ipsum reformidantes fortasse magistelli huic versui intulerunt Accusativum.

Difficilior ad emendandum est vs. 1011 sq:

κακὸν δ' ἐπὶ γῆρας ἐλέγχει
οὐλόμενον, κεφαλῆς δ' ἅπτεται ἀκροτάτης,

ubi admodum mihi placeret ingeniosa Piersoni coniectura ἐπείγει, nisi vocula ἐπὶ praecederet. Quippe ἐπεπείγειν Graecis ignotum est. Neque ab omni parte satisfacit, quod in mentem mihi venit:

κακὸν δέ τι γῆρας ἐπείγει

οὐλόμενον,

ut iungenda sint vocabula *κακόν τι — οὐλόμενον*, quae sit appositio substantivi *γῆρας*. Quae praeterea haud inepte coniicias *κακὸν δ' ἐπὶ γῆρας ἐσέρρει*, vel *ἐρείδει* (quod minime displicet), non sunt tamen ea lenitate, ut tuto recipi queant. Nullam autem novi leniorem medicinam, quam haec est:

κακὸν δ' ἔπι γῆρας ἔλεγχος

οὐλόμενον κτέ.

Medicam manum expectant quoque vs. 1013 sqq.:

Ἆ μάκαρ εὐδαίμων τε καὶ ὄλβιος, ὅσις ἄπειρος
ἄθλων εἰς Ἀΐδεω δῶμα μέλαν καταβῇ,
πρίν τ' ἐχθροὺς πτῆξαι καὶ ὑπερβῆναί περ ἀνάγκῃ,
ἐξετάσαι τε φίλους, ὅντιν' ἔχουσι νόον.

Leniter sane Bergk *ὑπερβλῆναι*, sed quid sit ignoro. Num voluit *ὑπερβλῆσθαι?* An *ὑπερβληθῆναι*, omissa vocula *περ*? Mihi se obtulit sive *ὑπεκσῆναι*, sive *ὑπεκβῆναι*, nec tamen haec plane satisfaciunt, ut prorsus satisfacit:

πρίν τ' ἐχθροὺς πτῆξαι καὶ ἐπευφρῆναι κτέ.

Cf. 1033: *μηδὲ φίλους ἀνία*
μηδ' ἐχθροὺς εὔφραίνε κτέ.

Incertior est emendatio vss. 1055 sqq.:

Ἀλλὰ λόγον μὲν τοῦτον ἐάσομεν, αὐτὰρ ἐμοὶ σὺ
αὔλει, καὶ Μουσῶν (l. *Μουσέων*) *μνησόμεθ' ἀμφότεροι.*
αὗται γὰρ τάδ' ἔδωκαν ἔχειν κεχαρισμένα δῶρα
σοὶ καὶ ἐμοὶ . . . μὲν δ' ἀμφιπεριπτίοσιν.

Eruditorum (quorum coniecturas vide apud Bgk.) solus veram Ahrens iniit emendandi viam, literas *μέν δ'* in codice Mutinensi Infinitivi alicuius terminationem servasse intellegens. Nec displicet eius emendatio: *(μελέ)μεν δ'*. Mihi et illud in mentem venerat, et hoc:

σοὶ καὶ ἐμοί, (δρεπέ)μεν δ' ἀμφιπεριπτίοσιν.

Lenis medicina parata est vs. 1077 sq.:

ὄρφνη γὰρ τέταται· πρὸ δὲ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι
οὐ ξυνετὰ θνητοῖς πείρατ' ἀμηχανίης.

Distinctionem post *τέταται* recte delet Bergk, scribens:

ὄρφνη γὰρ τέταται πρὸ τέλους μέλλοντος ἔσεσθαι, κοὐ ξυνετὰ κτέ.

Sed vix cuiquam probabit suum: *τέλος μέλλον ἔσεσθαι.* Ut nihil dicam de dictionis insolentia, requiritur sola *futuri* mentio. Scripserim:

ὄρφνη γὰρ τέταται πρὸς (s. *ποτὶ*) *τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι, κοὐ ξυνετὰ κτέ.*

De hoc usu praepositionis videatur Matthiae Gr. Gr. § 590.

Vis illata est Gramnaticae Graecae magis ab editoribus quam a librariis vs. 1088, ubi edendum fuerat:

ναίετ' ἐπ' Εὐρώτᾳ καλλιρόῳ ποταμῷ,

non *Εὐρώτα*, ut editur. Cf. 1209. Animadversione dignissimi sunt duo vss. sequentes ad pernoscendam Graecorum indolem:

εἴ ποτε βουλεύσαιμι φίλῳ κακόν, αὐτὸς ἔχοιμι·
εἰ δέ τι κεῖνος ἐμοί, δὶς τόσον αὐτὸς ἔχοι

Speciosior propter literarum similitudinem quam verior mihi quidem videtur coniectura, qua van der Mey p. 51 tentavit vss. 1097 sqq.:

Ἤδη καὶ πτερύγεσσιν ἐπαίρομαι ὥςτε πετεινὸν
ἐκ λίμνης μεγάλης, ἄνδρα κακὸν προφυγών,
βρόγχον ἀποῤῥήξας· σὺ δ' ἐμῆς φιλότητος ἁμαρτὼν
ὕστερον ἡμετέρην γνώσῃ ἐπιφροσύνην.

„Cum qua avi „ait" sententia postulat ut poeta se comparet?" Respondeo, non postulare sententiam, ut cum peculiari quadam ave se comparet, quia ad declarandam celeritatem avium in genere comparatio sufficit, id quod et res ipsa et sescenta apud poetas exempla demonstrant. „Nonne" ita pergit vir doctus „cum ea quae ceteras superet velocitate? — „mihi videtur poeta voluisse *πετεινὸν ἐκ Λιβύης*." At struthiocamelum poetam non voluisse ipse diserte significat verbis *πτερύγεσσιν ἐπαίρομαι*, quod in omnes ceteras aves aliquanto melius quadrat quam in struthiocamelum, quippe quem *cursu*, non *volatu*, celerem esse satis constet. Ipse iam vidit mire dictum esse *Λιβύῃ μεχάλῃ*, quod tamen sequiore,

qua vixerit, poeta aetate utcunque excusare conatur. At neque de illa aetate quicquam constat, et similia e sequioris aevi scriptoribus, ut aliqua coniecturae fides nasceretur, fuerant afferenda. Obstat idem *μεγάλη* aliis quoque coniecturis velut Bergkianae *ἐκ λινέης μεγάλης*, Hermannianae *ἐκ λόχμης μ.* Quod in III ed. coniecit Bergk *ἐκ ξυλίνης καλιῆς* aliquam certe speciem haberet, nisi sequerentur verba *βρόχον ἀποῤῥήξας*, (quae, transposito disticho 1101 sq. ante distichum 1099 sq., male hinc divellit van der Mey l. l.; nam ita idoneo sensu illa verba carebunt). Aves enim caveis inclusae, nusquam gentium, opinor, praeterea resti alligantur. Collato loco Aristophaneo ex Avibus vs. 525 sqq.:

πᾶς τις ἐφ' ὑμῖν ὀρνιθευτὴς
ἵζησι βρόχους, παγίδας, ῥάβδους,
ἕρκη, νεφέλας, δίκτυα, πηκτάς,

hoc, nisi fallor, apparet sermonem esse de ave, qui laqueo, in quem inciderit, rupto aucupem effugiens pennis se tollat sublimem. Quare ambabus amplecterer huiuscemodi lectionem:

Ἤδη καὶ πτερύγεσσιν ἐπαίρομαι ὥςε πετεινὸν
εἰς αἰθέρην μεγάλην, ἄνδρα κακὸν προφυγών,
βρόχον ἀπορρήξας κτέ.

At parum huic emendationi favet librorum scriptura, quapropter fortasse non reiiciendum, quod propius ad literam suspicatus est Orelli: *ἐκ λύμης μεγάλης*, ita tamen, ut simul virgula transponatur post *πετεινόν*. Cf. Aristoph. Av. 1080, ubi chorus haec de Philocrate, cognomine Struthio:

εἶτα φυσῶν τὰς κίχλας δείκνυσι καὶ λυμαίνεται,
τοῖς τε κοψίχοισιν εἰς τὰς ῥῖνας ἐγχεῖ τὰ πτερά,
τὰς περιστερὰς θ' ὁμοίως ξυλλαβὼν εἵρξας ἔχει,
κἀπαναγκάζει παλεύειν δεδεμένας ἐν δικτύῳ.

Tales igitur *λῦμαι* miseris avibus captis imminebant. Poetam igitur hoc dicere arbitror: *ceu avis, quae rupto laqueo aucupem contumeliosamque sortem effugit, ego te effugi: tu vero amissa mea amicitia, posthac meam prudentiam agnosces*; i. e. intelliges, quam prudenti amico privatus sis. Cf. Camerarius

apud Welckerum (vs. 1250). Inter hunc vs. et sequens distichon nonnulla excidisse planissime assentior Bergkio. Cum verbis *βρόχον ἀπορρήξας*, quo magis appareat ad fugientem pertinere, non (ut visum est disticho transponenti Meyo) ad eum qui fugam suasit, comparentur vss. 259 et 459.

Vs. 1129 sqq.:

Ἐμπίομαι, πενίης θυμοφθόρου οὐ μελεδαίνων
οὐδ' ἀνδρῶν ἐχθρῶν, οἵ με λέγουσι κακῶς.
ἀλλ' ἤβην ἐρατὴν ὀλοφύρομαι, ἥ μ' ἐπιλείπει [1]),
χλαίω δ' ἀργαλέον γῆρας ἐπερχόμενον.

Depravatum esse vocabulum *ἐμπίομαι* arguit tum correpta vocalis iota, nam veteris poetae hos versus esse nemo dubitabit (cum Bergkio Mimnermo tribuerim), tum ipsa loci sententia, quam *potandi* mentionem respicere suadere mihi videntur verba opposita vs. 1131. Accedit, quod tam Stobaei libri quam optimus codex Theognidis non *μελεδαίνων* exhibent, sed *μελεδαίνω*. In solo Mutinensi legitur *ἐμπίομαι*, in alio teste Bergkio est *ἐλπίομαι*, vulgo *εἰ πίομαι*, apud Stobaeum *οὐδὲ γὲ μήν*. Fortasse latet nomen aliquod proprium. Conieci:

Ἐλπιδίη, πενίης θυμοφθόρου οὐ μελεδαίνω.

Quod nunc longe praefero aliis, quae olim placebant mihi, coniecturis velut *δάκνομ' ἐμῆς* vel *καίομ' ἐμῆς* — *μελεδαίνων*.

Vs. 1133 sq.:

Κύρνε, παροῦσι φίλοισι κακοῦ καταπαύσομεν ἀρχήν,
ζητῶμεν δ' ἔλκει φάρμακα φυομένῳ.

In *παροῦσι* viri docti alius aliud latere suspicati sunt. Mihi lenissima mutatione scribendum videtur:

Κύρν', ἑτάροισι φίλοισι κτέ.

Cf. vss. 95, 113, 529, 753. Formam librariis minus cogni-

1) Non spondeo *ἐπιλείπει* vitio carere. Nempe *γῆρας ἐπερχόμενον* nondum prorsus *deficit*, sed *ἀπέρχεται*. Quare vide, ne poeta potius scripsisse censendus sit:

ἀλλ' ἤβην ἐρατὴν ὀλοφύρομαι, ἥ μ' ἀπολείπει.

Contrarium errorem supra castigavi pag. 4.

tam magis quam alteram erroribus obnoxiam fuisse non est quod miremur.

Interpolatorem agnoscere mihi videor vs. 444 sqq.

Γνώμην, Κύρνε, θεοὶ θνητοῖσι διδοῦσιν ἄριστον
ἀνθρώποις· γνώμη πείρατα παντὸς ἔχει,
ὦ μάκαρ, ὅστις δή μιν ἔχει φρεσίν, ἢ πολὺ κρέσσων
ὕβριος οὐλομένης λευγαλέου τε κόρου.
[*ἔξι, κακὸν δὲ βροτοῖσι κόρος, τῶν οὔτι κάκιον·*
πᾶσα γὰρ ἐκ τούτων, Κύρνε, πέλει κακότης].

Nam frustra corrigi arbitror versus exiles simul et prave argutos, qui minime sapiunt gravem illam simplicitatem, qua insignis est poetae Megarensis oratio.

Antiqua scriptura male a librariis intellecta videtur vs. 1187, quem sic scripserunt:

Οὔτις ἄποινα διδοὺς θάνατον φύγοι κτέ.

quum debuissent:

Οὔτις ἄποιν' ἂν δοὺς θάνατον φύγοι κτέ.

Nempe, quum legeretur *ΑΠΟΙΝΑΝΔΟΥC*, legi putarunt *ΑΠΟΙΝΑΔΙΔΟΥC*.

Gravius vitium contraxere vs. 1191 sqq.:

Οὐκ ἔραμαι κλισμῷ βασιληίῳ ἐγκαταχεῖσθαι
τεθνεώς, ἀλλά τί μοι ζῶντι γένοιτ' ἀγαθόν.
ἀσπάλαθοι δὲ τάπησιν ὁμοῖον χρῶμα θανόντι·
τὸ ξύλον ἢ σκληρὸν γίγνεται ἢ μαλακόν.

„Post hunc versum" ait Bergk „videtur pentameter cum „hexametro excidisse: nam haec fuerit sententia: si quis mor„tuus est, nihil refert: *τὸ ξύλον εἰ σκληρὸν γίνεται ἢ μαλα„κόν*, nam ita scribendum puto." Vix crediderim, quia *ξύλον* corpori vivo semper *durum* est, ita ut de mortuo poeta vix ita loqui potuisse existimandus sit. Quare ipsum vocabulum *ξύλον* corruptum esse iudico. Quod sensisse videtur Heimsöth, qui ingeniose, ut solet, vix tamen recte, suspicatur:

τῷ ζῶντι σκληρὸν γίγνεται ἢ μαλακόν.

Ego teneo, quod dudum conieci:

τῷ δ' οὐδὲν σκληρὸν γίγνεται ἢ μαλακόν.

Prorsus incerta est emendatio versuum 1201 sq.:

οὐδέ μοι ἡμίονοι κύφων' ἕλκουσιν ἀρότρου,
τῆς ἄλλης μνησῆς εἵνεκα ναυτιλίης.

Nam praeter coniecturas, quas recensuit Bergk, haud improbabiliter possis aut: τῆς ἄλλης ἐπὶ γῆς εἵνεκα ναυτιλίης aut: αἰὲν ἀλάστης τῆσδ' εἵνεκα ναυτιλίης. Vs. 1200 εὐαλδεῖς pro εὐανθεῖς vere Hecker, ni fallor. Mihi in mentem venerat εὐθηλεῖς, sed illud praefero.

Fieri potest, ut supra pag. 14 calumniatus sim poetam, qui hodie scripsisse creditur vs. 1247 sq.:

φρόντισον ἔχθος ἐμὸν καὶ ὑπέρβασιν, ἴσθι δὲ θυμῷ
ὥς σ' ἐφ' ἁμαρτωλῇ τίσομαι, ὡς δύναμαι,

utque culpa sit penes librarios, is autem paullo melius dederit:

φρόντισον ἔχθος ἐμὸν δι' ὑπέρβασιν κτέ.

Vs. 1249 sqq.:

παῖ, σὺ μὲν αὕτως ἵππος, ἐπεὶ κριθῶν ἐκορέσθης,
αὖθις ἐπὶ σταθμοὺς ἦλυθες ἡμετέρους,
ἡνίοχόν τε ποθῶν ἀγαθὸν λειμῶνα τε καλόν
κρήνην τε ψυχρὴν ἄλσεα τε σκιερά.

Praeclare Bergk intellexit lacunam statuendam esse post vs. 1249. „Nam haec fuit sententia: ubi satiatus es, abrumpis „vincula et aufugis: post, ubi fames te premit, redis ad pristinum „dominum." Num forte putas huius argumentationis veritatem everti iis, quae van der Mey opposuit scilicet p. 47 scribens: „Non est lacuna. Comparatur puer cum equo." (Quasi aut Bergk aut quisquam hoc ignoret!) „Pone spiritum, ita pergit, „asperum in secunda syllaba vocabuli αὕτως et divide αὖθ' ὡς." Hoc vere; sed dudum monuerat Emperius. (Vide Bergkii adnot.) Atqui ipsa illa eiusdem vocabuli repetitio indicio est, nonnulla inter vs. 1249 et 1250 intercidisse.

Vs. 1257 sq.:

ὦ παῖ, κινδύνοισι πολυπλάγκτοισιν ὁμοῖος
ὀργήν, ἄλλοτε τοῖς, ἄλλοτε τοῖσι φιλεῖν.

Non male idem van der Mey, cll. vss. 1071—74, coniecit: τοῖς ἐφέπει, quod tamen an praestet Bergkiano τοῖς

φίλος εἶ affirmare non ausim. Hoc certum, immerito virum doctissimum carpere non intellectam sibi ingeniosam Bergkii suspicionem, vs. 1259 sq. sic scribendos esse:

ὦ παῖ, τὴν μορφὴν μέν ἔφυς καλός, ἀλλ' ἐπίκειταί
κάρτερος ἀμμωνῶν σῇ κεφαλῇ ζέφανος·
ἰκτίνου γὰρ ἔχεις κτέ.

ubi ἀγνώμων est in libris Cf. ed. III. Serio autem van der Mey contendit vulgata nihil esse sincerius, quandoquidem ἀγνώμων sit Vocativus. Esto: sed fidem non ante habebo, quam mihi explicuerit, quid ita sibi velint verba: ἐπίκειται καρτερὸς σῇ κεφαλῇ ζέφανος, quae, adscita Bergkii coniectura, clara luce splendebunt. Ἀνεμωναί enim dictae ab ἄνεμος, itaque sat eleganter homini levi et inani et inconstanti exprobatur, quod coronam gestet nexam anemonis. Cf. Lucian. lexiph. 23 μηδέ σε θελγέτωσαν αἱ ἀνεμῶναι τῶν λόγων.

Vs. 1273: ἐκ δὲ θυελλῶν
ἦκά γ' ἐνωρμίσθην νυκτὸς ἐπειγομένης.

Aliquid vitii subesse bene intellexerunt viri docti, sed male tentarunt sanum procul dubio vocabulum, ἦκα: Bergk οἶκαδ' ἐνωρμίσθην coniiciens, quod vix Graecum est, Hartung ἐς λιμέν' ὡρμίσθην, quod recte sane dici potuit.

Fortasse scribendum:

ἐκ δὲ θυελλῶν
ἦκ' ἐγὼ ὡρμίσθην νυκτὸς ἐπειγομένων.

i. e. ἐκ δὲ θυελλῶν νυκτὸς ἐπειγομένων *sensim ego portum tranquillum nactus sum.* Male Bergk recepit in ed. III Passovi coniecturam ἐπειγομένης, quum ἐπειγομενος sit in Mutinensi. Ego scripsi ἐπειγομένων recordatus loci Homerici Iliad. E. 501. Sed ἐπειγόμενος depravatum esse nondum spondeo.

Vs. 1275 sqq.:

Ὡραῖος καὶ Ἔρως ἐπιτέλλεται, ἡνίκα περ γῆ
ἄνθεσιν εἰαρινοῖς θάλλει ἀειξομένη·
τῆμος Ἔρως προλιπὼν Κύπρον, περικαλλέα νῆσον,
εἶσιν ἐπ' ἀνθρώπους σπέρμα φέρων κατὰ γῆς.

Manifestum est poetam hoc dicere: *Verno tempore, ubi omnia*

florent, Amor relicta natali Cypro homines invadit. Sed quorsum ista: σπέρμα φέρων κατὰ γῆς? Tolerabilius sane foret:

εἶσιν ἐπ' ἀνθρώπους σπέρμα φέρων, καλὲ παῖ.

Nescio tamen an potius lacuna statuenda sit post ἀνθρώπους.

Vs. 1324: στρέψον δ' αὖθις ἐς εὐφροσύνας. Vere τρέψον [1]) emendavit van der Mey, cuius neutiquam probanda correctio versus 1344:

οὐ γὰρ ἀεικελίῳ παιδὶ δαμεὶς ἐφάνην,

ubi vulgatur: οὐ γὰρ ἐπ' αἰκελίῳ κτέ.

Nam dicitur quidem πόθῳ, ἱμέρῳ, ἔρωτι, similibusque δαμῆναι παιδός, non vero παιδί, ut arbitror. Quapropter verius duco:

οὐ γὰρ ἐπ' αἰκελίῳ παιδὶ μανεὶς ἐφάνην.

Verbi ἐπιμαίνεσθαι in re amatoria usus notissimus est. Quis ignorat Anacreontis illa:

Κλευβούλου μὲν ἔγωγ' ἐρῶ,
Κλευβούλῳ δ' ἐπιμαίνομαι,
Κλευβούλον δὲ διοσκέω?

Similiter in sqq. vs. 1349 sq. haud dubie legendum:

οὕνεκα κἀγὼ
ἐξεμάνην καλοῦ παιδὸς ἔρωτι δαμείς,

quod iam Orelli reposuit pro ἐξεδάμην coniectura, me iudice, aliquanto probabiliore quam ea, qua Sauppe rescripsit ἐξεδάην, quod ut unquam Graeci dixerint pro ἐξεκάην valde vereor, quandoquidem illa forma usi sunt pro ἐξεδιδάχθην s. ἐξέμαθον.

Memoria autem dignissima est civis mei coniectura p. 52, vs. 1372 scribendum esse:

ἀλλὰ ταλαντείη καί τις ἔνεσι χάρις.

pro depravata librorum scriptura:

ἀλλ' ἐν τοι ταύτῃ καί τις ἔνεσι χάρις,

unde Bergk lenius quidem, sed dubito an aeque feliciter, simili sententia elicuit:

ἀλλὰ δοίη ταύτῃ κτέ.

1) Contrarius error castigandus apud Joannem Damascenum XIII, 67, ubi ἀνατρεφόμενος mutandum est in ἀναστρεφόμενος.

Ignoramus enim, an substantivo δοίη Graeci usi sint praeterquam in locutione adverbiali ἐν δοίῃ. Attulit vir doctissimus locum Platonis Crat. p. 395 D.

Hoc loco, antequam iterum perlegam reliquias Theognideas, addere pauca lubet de mea codicis Mutinensis collatione, quam integram apponere post eam quam publicavit van der Mey, p. 53—71, quia omni caret utilitate, non notabo nisi minimum quodque discrimen, quod inter utramque collationem esse animadvertam. Praeterea eam partem codicis, quam illius collationis auctor non contulit, ex mea collatione repraesentabo.

Codex igitur Mutinensis, quantum e scriptura colligere potui, exaratus est seculo Xmo, literis subrubicundis. Inter lineas est versio Latina literis conscripta perexiguis Gothicis a vs. 1—276 et deinde a vs. 1231—1237. Membranaceus est in quarto minore. Quae praeterea codex contineat vide apud van der Mey, p. 2 in nota.

Vs. 24 ἀστοῖσιν δ' οὔπω M. ἀστοῖσι δ' οὔπω H. [1])
" 26 πάντεσσί — ανέχων H.
" 34 ἄνδανε H.
" 35 ἄπ' H.
" 55 κατεταῖβον (sic) H.
" 57 πολυπαιδη H. et sic 61.
" 89 ἀποειπὼ (i. e. ἀποειπὼν) H.
" 119 ἄσχετος, suprascripto *difficilis* H.
" 121 νόος — λελήθη H.
" 127 ἐσώριον H.
" 132 ἔπλετο οἷσ H.
" 139 τω — H.
" Ib. ὅσσα θέλησιν M. ὅσσα θἔλησιν H.
" 144 θνητών H.
" 152 θεμενον M. θεμενον, rubrum est ω H.

1) *M* designat collationem, quam van der Mey publicavit, *B* Bekkerianam *H* meam.

Vs. 153 ὁτ' ἄν H.
" 154 ἀνθρωπων M. ανῶν H.
" 207 κατημαρψε H.
" 211 αὐτῡ H.
" 217 γίνου H.
" 228 βίον, superscripto *divitias* H.
" 232 ἄλλοτε τ' M. αλλοτετ' H.
" 240 πολλών H.
" 273 καννεότητ' H.
" 300 μιᾶς H.
" 304 εσορθα· α· ηις M. εσορθαλαβηις satis distincte legi. H.
" 444 ἀθανάτων τε δόσεις H.

Quae codex habet inter 528 et 1032 non contulit is, cuius collationem Mey fecit publici iuris. Notabo discrepantias inter meam collationem et Bekkerianam, qua Bergk et Ziegler usi sunt.
Vs. 547 μηδένα πω B. μηδενάπω H.
" 552 δήων B. δηΐων H.
" 573 εὖ ἔρδων B. ἐυερδων H. ἄγγελον B. ἄγγελλον H.
" 577 ῥηϊδιον B. ῥηϊδιον H. θεῖναι B. θειραι H.
" 584 ἐξοπίσω B. ἐξοστίσω H. τῶν B. των H.
" 589 ποιεῦντι B. ποιευντι H.
" 607 ἐσ B. εἰσ H. οὐδέ τι B. ὀυδετι H. ὅτῳ B. ὅτω H.
" Ib. ἀρχὴ ἐπὶ B. ἀρχὴ επι H.
" 618 πολλῷ B. πολλὸν H.; idque fortasse verum est.
" 633 ἔλθῃ B. ἔλθη H.
" 639 εὑρεῖν B. ευρεῖν H.
" 653 καὶ B. κε H.
" 657 ἀγαθοῖσιν B. ἀγαθοῖσι H.
" 659 πρῆγμα B. πρᾶγμα H.
" 670 γνοὺς ἂν B. γνοῦσαν H.
" Ib. χρημοσυνῃ B. χρημοσυνη H.
" 675 σώζεται, οἱ δ' ἔρδουσι B. σώιζεται, οιδἐρδουσι H.
" 684 πενίῃ B. πενίη H.
" 721 τὰ δέοντα B. τὰ λεοντα H.
" 734 μηδὲν B. μηδετ' H.

Vs. 738 ποιῶσιν B. παιῶσιν H.
" 739 ἀστοῖσιν B. ἀστοῖσι H.
" 761 φθέγγοισθ' H.
" 831 ἀπιστίῃ B. ἀπιστίη H.
" 840 οὔτε τι B. οὔτ ἔτι H. (i. e. οὔτ' ἔτι, quod quantocyus recipiendum).
" 873 σ' αἰνῶ B. σε αἰνῶ H.
" 884 θωρηχθεὶς B. θωρηχθὴσ H. ἔσεαι B. ἐσσεαι H.
" 899 τῷ δὲ B. τὼδε H.
" 900 κεν πῆμα B. κεμπῆμα H.
" 905 βιότου τέλος B. βιό.του, erasa litera post ό H.
" 907 ἔμιμνεν B. ἔμιμνε H.
" 911 τριόδῳ B. τριόδω H.
" 955 εὖ ἕρδοντι B. ευ ερδοντι H.
" 970 ατ' ἔκας B. ατεκασ H.
" 980 σπεύδου χρήμασι B. σπευδουχρημασι H.
" 982 ἕρδων B. ερδων H.
" 985, sq. omittit codex. H.
" 990 γνῷ B. γνω H.
" 991 ἄλλοτε τοι — ἕρδων B. ἄλλ' οτετοι — ερδων H.
" 992 χαιρῆισι δυναται ἄλλοτε δ' B. χαιρηῖσι δύναται ἄλλοτε δ H.
" 995 πέρι δῄρισάντοιν B. περιδηρισαντοιν H.
" 999 ὅπου B. οπου H.
" 1014 κατέβη B. κατεβη H.
" 1015 ἀνάγκῃ B. ἀνάγκη H.
" 1018 ἐσορῶν B. εισορῶν H.
" 1024 κάρῃ B. κάρη H.

Reliqua usque ad finem comparabo cum collatione, quam edidit van der Mey.

" 1063 ξυνομήλικι M. ξυνομηλικι H.
" 1085 δημωναξιοιδε M. δημωναξιοῖδε H.
" Ib. φέρειν βαρυ ου γαρ επιστη M. etiam φέρειν caret accentu. H.
" 97 τοιοῦτός τοι M. τοιοῦτοστοι H. ἔστω M. εστω H.

φίλος M. φιλος H. ὃσ τον ἑταιρον H., deinde ὀργην — αντι — συ δ' εμοι φιλε ταῦτ' ἐπιθυμῶν H.

Vs. 417 εἰσ pro ἐσ H.
" 1211 δ' ἐνναζε H.
" 1244 πιστεοσ M. πιστεωσ H.
" 1252 ἀλοεα H.
" 1247 εχθοσ M. εχθροσ H.
" 1285 manus multo recentior supplevit οὐ γάρ τοι με δόλωι M. addo "in margine nigro atramento" H.
" 1317 ευ ερδων H.
" 1377 φίλον M. aut φιμον aut φιλιον. H.

Devorato, si non inutilis, ingrati tamen laboris taedio, paullisper animum mihi recreabo addendo pauca quibus, praeter ea quae in superioribus dedi, adiuvari posse sive interpretationem sive crisin Theognideam, e repetita lectione intellexi. Ordiar a vs. 8 sq., ubi haec leguntur:

πᾶσα μὲν ἐπλήσθη Δῆλος ἀπειρεσίη
ὀδμῆς ἀμβροσίης.

De odore divino utilia quaedam monuit Conradus Schwenck in Philologo a. 1861 p. 451 sqq., afferens Aesch. Prom. vs. 115, Homeri Il. O 153, Hymn. in Merc. 237 et Hymn. in Cer. 277 sq. Quibus locis adde Vergilii versum e primo Aeneidis de Venere hunce:

Ambrosiaeque comae divinum vertice odorem
Spiravere.

